Digitized by Google

Il n'a paru que le tome 1er

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
90000000
Digitized by Google

ANALECTA
GRÆCA
SIVE
VARIA OPUSCULA GRÆCA
HACTENUS NON EDITA.

Ex MSS. Codicibus eruerunt, Latinè verterunt, & Notis illuſtrarunt MONACHI BENEDICTINI, Congregationis Sancti Mauri.

TOMUS PRIMUS. Alij non prodierunt



LUTETIÆ PARISIORUM,

Apud { Viduam EDMUNDI MARTIN, JOANNEM BOUDOT, & STEPHANUM MARTIN, } in via Jacobæa, ad Solem aureum.

Anno M. DC. LXXXVIII.

CUM PRIVILEGIO ET SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO

LUDOVICO BOUCHERAT

FRANCIÆ

CANCELLARIO.

QUæ faciles ad ſe aditus in aliis præcludere ſolet ampliſſima dignitas, VIR ILLUSTRISSIME, *hæc ipſa, ut ad te pulſo metu ac pudore ſecuri accedamus, nos allicit & invitat. Quid enim, timidiuſculis licèt, Muſis verendum eſt ab auſpicatiſſimo* BUCHE-

Digitized by Google

RATII *nomine, in cujus ſinu nata eſt humanitas, ſedem fixit Litterarum amor? Quid ab ipſa Cancellarii dignitate, quæ adeo Litterarum cultoribus ſuſpecta eſſe non debet, ut ad earum patrocinium comparata videatur? An fortè* Latinis *Gallicisque ſtudiis facilem ac munificum te exhibebis: Græcis autem Litteris, quarum nos ſtudioſos eſſe profitemur, quaſi peregrinis, nihil favoris ac gratiæ, nihil ſubſidii & adjumenti abs te ſperare licebit? F*as *ſit iis hoc in errore verſari, qui benefacta ignorant tua: nobis verò annua illa honoraria, quibus viros utriuſque linguæ,* Latinæ *ſcilicet ac Græcæ, peritiſſimos dignaris, longè aliud de te imperant judicium; faciuntque, ut non ægrè confidamus, Græca hæc Analecta, quæ ſub illuſtriſſimi nominis tui auſpiciis in lu-*

Digitized by Google

cem eduntur, oculis tuis non diſplicitura. Neque enim te fugit, quantum debeant Græcis Latini Auctores, qui ſummo ſtudio in eorum imitatione verſati ſunt: nec ignoras tunc demum florentiſſima fore ſtudia, ſi Litteras Græcas cum Latinis conjunxerimus. Nam unæ ſine alteris languent, nec umquam vera & ſolida parabitur doctrina & eruditio, quæ non utriuſque linguæ ſubſidiis coaluerit.

Jam quidem utraque hæc ſtudia, ut ceteræ artes, ſub LUDOVICI MAGNI *auſpiciis fervent & accenduntur in dies. Sed ſi tu ipſe, ut cœpiſti, his favere pergas, brevi utriuſque facultatis homines in Gallia exercitatiſſimos haud deſiderabimus. Nos verò felices, ſi quid opellæ in tam honorificum & fructuoſum Opus conferre poſ-*

Digitized by Google

ſimus. Verùm, ſi id nobis ex propriis præſtare non datur; ſaltem in id totis viribus connitemur, ut ex alienis, nempe ex antiquis Græcorum ſcriptis ac monumentis, Chriſtiana Reſpublica proficiat, tum veteres conferendo & emendando Auctores, tum alios eruendo & illuſtrando, qui quidem hactenus in tenebris delituerunt.

Non ignoramus, VIR AMPLISSIME, *quantum apud te ſit venerabile ipſum Antiquitatis nomen, cujus meritum non tam annis, quàm tuis in Remp. officiis aſſecutus es. Ex quo enim publicis gerendis muneribus te aptum reddidit ætas, par tibi ad virtutes & ad dignitates curſus fuit, nec ullus ferè annus abſque novo honore. Te Armorica decies ſuis Comitiis præſidentem; te Aquitania, te Occitania,*

Digitized by Google

te, uno verbo, complures aliæ Regni Provinciæ Præfectum ſuſpexere; tuaſque virtutes uno etiam nunc ore deprædicant. Verùm, omnium ſuffragia longè ſuperavit unum LUDOVICI MAGNI *teſtimonium, qui te tot honoribus auctum, quaſi coronidis ſupplemento, nova Cancellarii dignitate cumulavit. Nam ut ait ille, is denique honos videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur ac datur. Is, inquam, verè appellari poteſt honos, qui non invitamentum ad virtutem, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. Verùm, quidam honoris cumulus eſt, ſummum honorem ſapientiſſimi Principis judicio meruiſſe. Supereſt, ut Deus Opt. Max. qui te tantæ dignitati aptavit, faxit ut & diu dignita-*

Cicer. in epiſt. ad Plancum.

Digitized by Google

tem ſerves, & dignitas tibi gloriam pariat immortalitatis. Ita vovent, atque æternùm precantur

Tibi addictiſſimi & obſequentiſſimi
MONACHI BENEDICTINI
Congregationis S. Mauri.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
OPUSCULORUM

Quæ in hoc volumine continentur.

VITA S. EUTHYMII *Abbatis, Auctore* CYRILLO SCYTHOPOLITANO. pag. 1

VITA S. CYRIACI *Anachoritæ, Auctore* SYMEONE METAPHRASTE. pag. 100

TYPICUM *ſive Regula Monaſterii Gratia-plenæ.* pag. 128

EXCERPTA EX HERONE *Geometra de Menſuris.* pag. 308

ANTIQUUM RATIONARIUM AUGUSTI CÆSARIS, *&* NOVUM RATIONARIUM ALEXII COMNENI *Imperatoris.* pag. 316

De MENSURIS, *&* PONDERIBUS, *&* NOTIS *ea ſignificantibus.* pag. 393

VITA S. STEPHANI *junioris, Auctore* STEPHANO *Diacono Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.* pag. 396.

Digitized by Google

CORRIGENDA.

P*Ag.* 6. *lin.* 17. τὸ τοῦ παρόντος λόγου προτεθέντα *verti etiam ſimpliciter poteſt*, præſenti Operi præpoſito. *p.* 17. *l.* 26. παραμυθούμενος. *p.* 43. *l.* 34. ſui ipſius. *p.* 72. *l.* 26. τὴν ἔρημον. *p.* 79. *l.* 2. οὐδὲν. *p.* 88. *l.* 25. *poſt* minora *adde* his. *p.* 101. *l. penult. lege* 474. *p.* 103. *l.* 39. *poſt hæc verba*, per Cyrillum deſcripta, *adde:* unde vult Juvenalem è vita migraſſe anno 458. & quidem ante menſem Julium. *p.* 121. *l.* 11. *lege* ὑπαντήσας. *p.* 122. *l.* 20. χείλεσιν. *p.* 124. *l.* 5. λέγουσα. *p.* 137. *l.* 7. παραγαγών. *l.* 23. ζῆν. *p.* 145. *l.* 9. juxta. *p.* 163. *l.* 10. *pro* quòd *lege* quod, *& ſic aliquoties*. *p.* 196. *l.* 29. *lege* neceſſariæ. *p.* 241. *l.* 4. aliud. *p.* 270. *l.* 24. *pro* per enchoregum *lege* enchorego. *p.* 285. *l.* 21. jurum. *p.* 301. *l.* 7. *&* 8. ὁ Κανῶα, Canoa. *p.* 396. *l. penult.* eſt. *p.* 405. *l.* 25. ταῖς. *p.* 444. *l.* 18. ὡς. *p.* 445. *l.* 24. θρηνῶν. *p.* 447. *l.* 29. ἰσχυρότερον. *p.* 470. *l.* 10. *poſt* enim *adde* Deus. *p.* 484. *l.* 16. *lege* vinum. *p.* 485. *l.* 26. γεγονώς. *p.* 497. *l.* 32. *clarius verte:* res, quas homines infinitas prædicavere, &c. *in margine.* *p.* 465. προσποιήσας. *p.* 481. *l. ult. lege* 14.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

ANALECTA GRÆCA tibi offerimus, LECTOR BENEVOLE, quæ ne aſpernare, quòd tam humilem titulum præ ſe ferant. Non enim fluxi & corporei cibi hæ ſunt reliquiæ, ſed cibi, quo ψυχαὶ τρέφονται καὶ ποτίζονται, *animi aluntur & irrigantur*, ut hîc appoſitè Gregorii Nazianzeni verbis utamur. Orat. 20. Carum autem eſſe debere quidquid animo proficit, nemo ſanæ mentis ignorat. Atqui in hiſce Analectis multa te reperturum confidimus, quibus pro vario appetitu delecteris. Namque ſi venerandæ Antiquitatis cùm ſacræ, tum profanæ ſtudio teneris; hîc illius non pauca extant illuſtria veſtigia. Si Hiſtoria tibi inprimis placet; hîc ejus præclara & certa monumenta occurrunt. Si ſanam & nitidam Theologiam, nulliſque inutilibus ambagibus irretitam amas; hîc abundè animum recreare licebit. Si orthodoxæ Fidei hoſtes aggredi & vincere cupis; inde arma invicta eruere poteris. Si verò te una pietas & virtus allicit, huc accede; hîc eximia omnium virtutum emicant exempla. Denique omnium ferè rerum, quibus ingenium & animus paſci ſolet, in iſto volumine quantumvis tenui non exilis & je-

juna copia eſt. Hæc noſtra ſunt Analecta, Erudite Lector, digna ſanè nobis viſa, quæ è Bibliothecis colligeremus & publicè exponeremus: teque nobis non ægrè aſſenſurum ſperamus, ſi vel in ſingulorum Operum ſeriem, quæ hoc volumine comprehenduntur, oculos conjicere, vel ad ea quæ his illuſtrandis & exornandis præſtitimus, attendere volueris.

I. S. Euthymii Abbatis apud Græcos celeberrimi illam Vitam edimus, quam verè ſcripſit Cyrillus Scythopolitanus, Monachus, qui ſeculo ſexto floruit, & quidem temporibus ejuſdem Euthymii diſcipulorum, quibus referentibus, tanti Viri geſta omnia ſe didiciſſe non ſemel ipſe teſtatur. Illa autem S. Euthymii Vita, quam clariſſimus & eruditiſſimus Cottelerius *Monum. Eccl. Græcæ tom. 2.* edidit, non ipſius Cyrilli eſt, ſed Symeonis Metaphraſtis, cui etſi laus maxima debetur, quòd ſanctorum Virorum Vitas nobis conſervarit, major tamen deberetur, ſi eaſdem ſtilo haud mutato puras & integras, ut repererat, nobis reliquiſſet. Inde enim non rarò effectum eſt, ut Vitæ ab eo compoſitæ paulùm ab illis diſcrepent genuinis Actis, quæ primi Auctores conſcripſerunt, præcipuè in his quæ ad Chronologiam ſpectant. Exemplo ſit id quod in Vita, quam Cyrillus com-
Pag. 7. poſuit, traditur: nempe, Valentem Imperatorem nondum expleto quinto menſe ſui ſexti Conſulatus adverſus Barbaros Thraciam depopulantes profectum fuiſſe, deinde paulò pòſt victum, incen-

Digitized by Google

dio periiſſe. Metaphraſtes in Vita, quam concinnavit, hoc factum revocat ad quintum menſem poſt Euthymii ortum; cùm teſte Cyrillo id acciderit elapſo ferè anno poſt natum Euthymium, quod quidem aliis Hiſtoricis conſonat. Anſam quoque Baronio circa obitum Eudociæ Auguſtæ errandi dedit idem Metaphraſtes, ubi ſcribit illam interiiſſe quatuor exactis menſibus poſt diem decimam quintam Januarii, nimirum menſe Maio. At Cyrillus ejus mortem vigeſima Octobris contigiſſe narrat, quatuor nempe expletis menſibus poſt diem decimam quintam Junii, qua die Eccleſiam Sancti Stephani à ſe ædificatam dedicari & conſecrari curaverat: ſcilicet Ἰανουαρίου pro Ἰουνίου, (quæ voces formâ non multùm differunt) facili errore ſcribere potuit Metaphraſtes. Cetera ſimilia curioſo Lectori obſervanda relinquimus. Quod autem ad ipſa facta pertinet, præter ſtilum, nihil à Metaphraſte mutatum deprehendimus, niſi fortè leves aliquas circumſtantias.

Ad an. 460.

Pag. 74.

Inter multa porro quæ digna notatu in iſta Vita occurrunt, ſilendum non videtur, inde apertè colligi, S. Jacobi Liturgiam tunc temporis in Eccleſia Jeroſolymitana, aliiſque ei ſubjectis fuiſſe uſitatam, ut indicant verba ex eadem Liturgia excerpta, quæ in ſola S. Jacobi Liturgia habentur, nempe *ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὴν καρδίαν*, *ſurſum mentem & cor habeamus*. Namque in Liturgiis SS. Baſilii & Joannis Chryſoſtomi vox τὸν νοῦν non extat. Plurima alia, quæ Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ & Diſciplinæ

Pag. 62.

Digitized by Google

ſcientiam illuſtrare poterunt, ſtudioſorum hominum diligentiæ ac ſolertiæ indaganda permittimus. Omnia enim hîc obſervare longius eſſet.

Iſtud Opuſculum ex inſigni Bibliotheca Colbertina nobis ſuppeditavit Vir ſingulari humanitate & eruditione ornatus Stephanus Baluzius, eidem Bibliothecæ Præpoſitus, nimirum ex optimæ notæ codice, qui inter manuſcriptos eſt 3063. numero, ſub cujus finem aliquot folia deſunt. Verùm, ea nihil continebant quod ad Vitam ipſam S. Euthymii pertineret, ſed tantùm ea quæ ejuſdem mortem conſecuta ſunt, à nobis haud dubiè edenda, ſi alium codicem, in quo hæc eadem Vita contineretur, nanciſci nobis licuiſſet. Verùm, poſt multam diligentiam nullum alium ulla in Bibliotheca potuimus invenire. Quin etiam hac de re ſcripſimus ad noſtros qui Romæ degunt, ut Vaticanam Bibliothecam (in qua eamdem Vitam ſervari audieramus) adirent, & ex veteri exemplari ea quæ nobis deerant, excerperent, & ad nos mitterent. Verùm, cùm ob præſentem rerum ſtatum nihil inde impetrare potuiſſemus, ea quæ ad ſenſum perficiendum neceſſaria erant, à Metaphraſte coacti fuimus mutuari, uti propriis locis monuimus.

II. Vitæ S. Euthymii Vitam S. Cyriaci ejuſdem diſcipuli ſubjecimus, quæ quidem S. Euthymii Vitæ illuſtrandæ non parum confert. Ex eadem etiam diſcimus quis fuerit Cyrillus Vitæ S,

Digitized by Google

Euthymii Auctor. Inter ea verò quæ notanda complectitur, illa inprimis ſunt quæ Origenis errores explicant. Porro hæc Vita apud Metaphraſtem ſine Auctoris nomine reperitur, unde eam ipſi Metaphraſti adſcripſimus. Illam è Bibliotheca Colbertina eruimus, contulimuſque cum duobus ejuſdem antiquis & optimis codicibus mſſ. 772. & 1891.

III. Sequitur Typicum ſive Regula Monaſterii Monialium Græcarum Gratia-plenæ dicti, ab Imperatrice Irene Ducæna Alexii Comneni uxore ædificati, quæ eadem Regulam illis Monialibus obſervandam compoſuit, ſive componi curavit; quo quidem in Opere quamplurima ſunt de harum Monialium vivendi genere, de Præpoſitæ & Officialium electione, de divino Officio ritibuſque in eo ſervari ſolitis, quæ pii & curioſi Lectoris animum non parum oblectabunt. Multa etiam ibidem extant ad Familiæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ illius temporis Hiſtoriam utilia & opportuna. *Cap. 71.* Typico addidimus Tabulas aliquot, quæ partem redituum ejuſdem Monaſterii continent, characterèſque, ut in mſ. extant, excudi curavimus, adhibita neceſſaria explicatione. Porro rarum hoc Opus debemus clariſſimo & eruditiſſimo viro Emerico Bigotio, cui illud nobis perofficiosè indicavit. Codex autem mſ. ex quo idem tranſcripſimus, autographus eſſe videtur, uti ſuo loco oſtendimus, nec ſolùm jubente Imperatrice exaratus, ſed etiam verba ipſa ſugge- *Pag. 283.*

Digitized by Google

rente, ut ex ſtilo conjicere licet.

IV. Post Typicum Monaſterii Gratia-plenæ, adjunximus quædam Excerpta ex Heronis Geometria nondum edita, quæ tabulis Typici intelligendis plurimùm inſervit. Hinc enim exempli gratiâ (ut alia taceamus) diſcimus, quantum caperet modius terræ, de quo in prima tabella, nimirum ducentas terræ ulnas. Quælibet præterea ſpecies menſurarum euthymetricarum ſive in longum, antiquarum & recentium, ſeu Heronis tempore uſitatarum, hîc accuratiſſimè deſcribuntur.

Nec verò prætereundum arbitramur, ea quæ Pag. 311. ibi Hero de Geometriæ inventione habet, nempe illam artem ab Ægyptiis ob Nilum exundantem inventam & excogitatam fuiſſe, luculento Herodotis teſtimonio confirmari. Siquidem is in Euterpe ſic ſcribit: εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ ποταμός τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν [βασιλέα] ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον. ὁ δὲ ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι. δοκέει δέ μοι ἐντεῦθεν γεομετρίη εὑρεθεῖσα ἐς τὴν ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. id eſt. *Quòd ſi alicujus portionem alluvione flumen decurtaßet, is adiens Regem, rei quæ contigerat, certiorem faciebat. Rexque ad prædium inſpiciendum mittebat qui metirentur quantò deterius factum eßet, ut ex reſiduo pro portione taxatum vectigal penderetur: atque hinc Geometria orta videtur in Græciam tranſcendiße.* Hæc ille.

V. In lucem proferimus Antiquum Rationarium Augusti Cæsaris, & Novum

VUM ALEXII COMNENI IMPERATORIS, Opus ſanè ſingulari commendatione digniſſimum. In Antiquo Rationario narratur quonam modo & quæ olim vectigalia exigebantur: in Novo verò exponitur quomodo Antiquum ob varios abuſus qui irrepſerant, emendaverit Alexius Comnenus, & Novum condiderit. Initio præfiximus variarum monetarum characteres & notas, quibus extricandis & explicandis nos non parum deſudaſſe facilè is judicabit, cui Codicem ipſum mſ. inſpicere placuerit.

VI. BREVISSIMUM Tractatum DE MENSURIS ET PONDERIBUS cum notis ea ſignificantibus attexuimus, Veterum ponderibus & menſuris illuſtrandis non inutilem, ut putamus, futurum.

Iſta autem omnia Opuſcula ex mſſ. Codicibus Regiæ Bibliothecæ tranſcripſimus, quos perhumaniter nobis commodavit Vir clariſſimus & eruditiſſimus Thevenotius, ejus Curator. Typicum inter mſſ. Codices eſt numero 3019. Excerpta ex Herone Geometra, Antiquum & Novum Rationarium, 2724. Denique Tractatus de Menſuris & Ponderibus, 3284.

VII. ULTIMUM locum obtinet VITA S. STEPHANI JUNIORIS, qui tempore Conſtantini Copronymi ob cultum ſanctarum Imaginum crudeliſſimam mortem ſubiit: quæ Vita à Stephano Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono quadrageſimo ſecundo poſt S. Stephani obitum anno

Pag. 399. conſcripta eſt, ut Auctor ipſe teſtatur. Hujus quidem Sancti Vitam à Metaphraſte compoſitam è Græca lingua in Latinam olim verterat & publici juris fecerat doctiſſimus Abbas Jacobus Billius. Verùm, ea quam tradimus, ex qua ſuam ipſe Metaphraſtes collegit, hactenus nulla in lingua vulgata eſt. Nos illam cum quatuor mſſ. accuratè contulimus, uno ſcilicet Regiæ Bibliothecæ 2028. tribus aliis Bibliothecæ Colbertinæ 2823. 1527. 505. quorum ultimus media parte mutilus, alii tres integri ſunt: omnes verò antiqui & optimæ notæ. Neque etiam ab re erit admonere, iſtius Vitæ Auctorem nonnullos loquendi modos ſententiaſque integras ex Vita S. Euthymii à Cyrillo compoſita excerpſiſſe.

In hac autem Vita pleraque ad Hiſtoriam Iconoclaſtarum ſpectantia, quos iſtius Operis Auctor Iconocauſtas appellat, luculenter enarrantur. Hîc quoque clarè videre eſt, quàm rectè tunc temporis de cultu ſanctarum Imaginum ſenſerint Catholici. Nempe ibi expreſsè declaratur à nobis non coli ipſam materiam, cùm Imagines ex ea conſtantes exteriùs veneramur, ſed ipſas cauſas ſive Prototypa (ut Auctoris verba uſurpemus) mente attingi, Pag. 446. quod piè fieri, negari non poſſe eodem in Opere probatur. Si enim exteriorem reverentiam adverſus Imperatorum & Regum imagines adhibere licet, adeo ut qui eas præ contemtu pedibus conculcare vel confringere auſus ſit, læſæ majeſtatis reus habeatur; quia ut honor, quem imaginibus

Digitized by Google

Regum & Imperatorum deferimus, ad ipſos Reges & Imperatores refertur: ita contemtio & injuria, quæ illorum imaginibus infertur, ad eoſdem tranſit; profectò longè æquius & ſanctius eſt Chriſti Regis Regum & Sanctorum, qui cum eo in cælis regnant, imagines aliqua veneratione dignari, cùm hæc ipſa veneratio ad Chriſtum & Sanctos dirigatur: neque impune feret qui eaſdem imagines contumeliâ affecerit, quandoquidem hacce contumeliâ Chriſtus ipſe & Sancti, quorum Deus ultor eſt, laceſſuntur.

Hoc loco non poſſumus non teſtari nos hîc multùm debere officioſiſſimo viro Stephano Baluzio jam à nobis laudato. Is enim hanc ſui Patroni Vitam è mſ. Regio propriis impenſis tranſcribi jamdudum curaverat, unà cum ea quam compoſuit Metaphraſtes, ut illas, cùm otium ſineret, in lucem ederet. Verùm, cùm nos Opuſculis Græcis conquirendis occupari cerneret, eas nobis pro ſolita ſua comitate donavit. Nos tamen veriti ne prolixæ ejuſdem Sancti duæ Vitæ in eodem volumine poſitæ Lectori faſtidio eſſent, Vitam à Metaphraſte confectam cum Billii verſione alii tomo reſervamus. Sic enim faciliùs duæ illæ S. Stephani Vitæ diſtinctis in voluminibus ſimul conferri poterunt.

Hæc de Opuſculis, ex quibus noſtra Analecta conſtant, dicenda habebamus, ERUDITE LECTOR: jam quid his latinè reddendis præſtiterimus, dicendum reſtat.

Digitized by Google

Quàm potuimus nitidè & fideliter illa omnia vertere conati ſumus. Licèt autem puris duntaxat vocibus uti ſtuduerimus; non integrum tamen nobis fuit à quibuſdam vocabulis minùs Latinis, quæ ſancti Patres & uſus Eccleſiaſticus conſecrarunt, in Opuſculis Eccleſiaſticis abſtinere. Sic *paſſibilis, impaſſibilis, glorificare*, aliaſque hujuſmodi voces adhibere nobis interdum neceſſe fuit, ne paraphraſi ſenſum ipſum corrumperemus & labefactaremus. Similiter cùm de conjunctione Verbi divini cum humana natura loqui oportuit, vocem *unionis* à Patribus & ab Eccleſia conſecratam conſtanter retinuimus. Verùm, omnia hîc recenſere nihil opus eſt.

Denique cùm multa in iſtis Opuſculis barbara vocabula à Græcis medii & infimi ævi uſitata occurrant, quorum etiam aliqua nullis in Gloſſariis extant, ne Lectorem morarentur, propriis in locis explicavimus. Breves quoque notas rebus illuſtrandis alicubi adjecimus, quas ſi fortê doctis Viris probari non contigerit, pro ipſa tamen brevitate ipſis diſplicituras non eſſe confidimus. Ceterùm, eruditos & prudentes Lectores impensè rogamus, ut de iis, quæ à nobis errata eſſe animadverterint, nos monere ne graventur, ut in aliis Operibus, quæ, Deo dante, poſt hæc à nobis edenda ſunt, eadem non peccemus.

Digitized by Google

PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE, A nos amez & feaux Conſeillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hôtel, Grand Conſeil, Baillifs, Senéchaux, Prevoſts, leurs Lieutenans, & à tous autres nos Juſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALUT. Nos amez Dom ANTOINE POUGET, Dom JACQUES LOPPIN, Dom BERNARD DE MONTFAUCON, Religieux de la Congregation de Saint Maur de l'Ordre de Saint Benoiſt, Nous ont fait remontrer qu'ils auroient recueilli des Manuſcrits de noſtre Bibliotheque, & autres, pluſieurs pieces Grecques conſiderables, qui n'ont point encore eſté données au Public, qu'ils ont traduites en Latin, & enrichies de notes, & qu'ils deſireroient donner au Public, qui en recevra beaucoup d'utilité, ſous le titre d'*Analecta Græca*, s'il nous plaiſoit leur accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter leſdits Religieux, & leur marquer combien ces ſortes d'Ouvrages nous ſont agreables, Nous leur avons permis & accordé, permettons & accordons par ces Preſentes, de faire imprimer ledit livre par tel Imprimeur & Libraire qu'ils voudront choiſir, icelui faire vendre & debiter en tous les lieux de noſtre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de noſtre obéïſſance, en telle marge, caractere, & autant de fois que bon leur ſemblera, durant le temps de quinze années conſecutives, à compter du jour qu'il ſera achevé d'imprimer pour la premiere fois, pendant lequel temps nous faiſons tres-expreſſes inhibitions & défenſes à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre & debiter ledit livre ſous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, fauſſes marques ou autrement, en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, ni meſme d'en faire des extraits ou abregez, & à tous Marchands étrangers d'en apporter ni diſtribuer en ce Royaume d'autres impreſſions que de celles qui auront eſté faites du conſentement des Expoſans, à peine de trois mille livres d'amende, payable par chacun des contrevenans, & applicable, un tiers à Nous, un tiers à l'Hôpital General de noſtre bonne ville de Paris, & l'autre tiers aux Expoſans, de confiſcation des exemplaires contrefaits, & de tous dépens, dommages & intereſts; à condition qu'il ſera mis deux exemplaires dudit livre en noſtre Bibliotheque publique, un en celle du cabinet de nos livres en noſtre Château du Louvre, & un

Digitized by Google

en celle de noſtre tres-cher & feal Chevalier, Chancelier de France, le ſieur Boucherat, avant que de l'expoſer en vente, à la charge auſſi que l'impreſſion en ſera faite dans noſtre Royaume & non ailleurs, & que ledit livre ſera imprimé ſur de beau & bon papier, & de belle impreſſion; & ce, ſuivant ce qui eſt porté par le Reglement fait pour la Librairie & Imprimerie és années 1678. & 1686. enregiſtré en noſtre Cour de Parlement de Paris. Si vous mandons & enjoignons que du contenu en icelles, vous faſſiez joüir leſdits Expoſans ou ceux qui auront droit d'eux, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait ou donné aucun empêchement. Voulons auſſi qu'en mettant au commencement ou à la fin dudit Livre une copie ou extrait des Preſentes, elles ſoient tenuës pour bien & dûëment ſignifiées, & que foi y ſoit ajoûtée, & aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, comme à l'Original. Commandons au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, faire pour l'execution des Preſentes, tous exploits, ſaiſies & autres actes neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, nonobſtant toutes oppoſitions & appellations quelconques, Clameur de haro, Chartre Normande & autres Lettres à ce contraires; CAR tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Verſailles le neuviéme jour d'Avril, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingts-huit, & de noſtre Regne le quarante-cinquiéme. Par le Roi en ſon Conſeil, BULTEAU.

Regiſtré ſur le livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, le 28. jour d'Avril 1688. ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril 1653. & celui du Conſeil Privé du Roi du 27. Fevrier 1665. & l'Edit de Sa Majeſté donné à Verſailles au mois d'Aouſt 1686.

Signé, J. B. COIGNARD *Syndic.*

Leſdits RR. PP. Pouget, Loppin & de Montfaucon ont cedé leur droit audit Privilege au ſieur BOUDOT, ſuivant l'accord fait entre eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois en vertu des Preſentes, le 30. Octobre 1688.

VITA

Digitized by Google

VITA SANCTI EUTHYMII ABBATIS.

Auctore CYRILLO Scythopolitano, Monacho: interprete Domno JACOBO LOPPIN Monacho Benedictino Congregationis Sancti Mauri.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου.

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀληθῶς ἐναρέτῳ πατρὶ πνευματικῷ, ἀββᾷ Γεωργίῳ, πρεσβυτέρῳ καὶ ἡγουμένῳ, θεαρέστως ἡσυχάζοντι ἐν τῷ κατὰ Σκυθόπολιν τόπῳ καλουμένῳ Βεέλλα, Κύριλλος ἐν Χριστῷ χαίρειν.

Πίστις προηγείσθω τῶν περὶ Εὐθυμίου τοῦ φερωνύμου λόγων· πίστις

PROLOGUS VITÆ ſancti Patris noſtri Euthymii.

Honorabili admodum virtuteque verè ornato Patri ſpirituali, Abbati Georgio, Preſbytero & Præfecto, vitam Deo placitam in ſolitudine agenti apud illum Scythopolis locum, quem Beella vocant, Cyrillus in Chriſto ſalutem.

FIDES præeat his quæ de Euthymio, re & nomine

Digitized by Google

Euthymio mihi dicenda ſunt. Heb. 11. *Fides*, inquam, *ſperandarum ſubſtantia rerum*, ex qua juſtificati ſumus, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ Ibid. Dei. *Sine fide enim impoſſibile eſt placere.* Siquidem, ut ait Scriptura, *credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Nam qui ſine fide dicere aliquid vel audire aggreditur, inaniter laborat, nihilque utilitatis ſibi comparare poteſt. Qui verò fidem, quæ omnia poteſt, obtinuerit, quæcumque voluerit, poterit, ſi maximè firmam illam cuſtodiat, neque in diffidentiam incidat; ſed fide ſemper vigens & roboratus non dubitet vel hæ- Jacob. I. ſitet. *Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento movetur.* & cætera.

Ego itaque principium, radicem atque fundamentum ſermonum de ſancto Euthymio, firmam fidem pono, ut hi eam aſſumant, qui hoc opus lecturi ſunt, nullique horum fidem denegent, ſed proprias cogitationes ad conſenſum fide trahant. Atque adeo ipſe, Pater admodum honorande, Sancti Spiritus virtute firmatus, conſtanti muniaris fide. Hac enim ego fultus hoc opus compoſui. Equidem ſtudioſam apem æmulatus, quæ plurimis è floribus ea quæ ad mellis confectionem utilia ſunt, colligit; ſtudio quoque

ἡ τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, δι' ἧς ἐδικαιώθημεν, καὶ ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. χωρὶς γὰρ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. ἐπείπερ, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, πιστεῦσαι δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. ὁ μὲν γὰρ ἄνευ πίστεως λέγειν τι ἢ ἀκούειν ἐπιχειρῶν, διὰ κενῆς κοπιᾷ, ὠφέλειάν τινα ἑαυτῷ ποιεῖσθαι μὴ δυνάμενος. ὁ δὲ τὴν τὰ πάντα ἰσχύουσαν πίστιν κεκτημένος, ὅσα βούλεται, δύναται, μάλιστα ἀδίστακτον ταύτην διαφυλάττων, μὴ συγκαταπίπτων τῇ ἀπιστίᾳ· ἀλλὰ νεάζων ἀεὶ καὶ ἐνδυναμούμενος τῇ πίστει, μὴ διστάζων ἢ διακρινόμενος. ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ θεμέλιον τῶν περὶ τοῦ ὁσίου λόγων τὴν ἀδίστακτον τίθημι πίστιν πρὸς τοὺς ταύτην ἀναλαμβάνειν ἐντυγχάνειν μέλλοντας καὶ μηδενὶ τούτων ἀπιστεῖν· ἀλλὰ τὰς ἰδίας διανοίας διὰ τῆς πίστεως ἑλκῦσαι πρὸς συγκατάθεσιν. καὶ αὐτὸς δὲ, τιμιώτατε πάτερ, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει κραταιούμενος, τῇ βεβαίᾳ ὀχυρώθητι πίστει. ταύτῃ γὰρ ἐγὼ ἐπερειδόμενος τοῦτον τὸν πόνον συνεστησάμην. ζηλώσας μὲν τὴν φιλόπονον μέλιτταν τὴν ἐκ πολλῶν ἀνθέων συλλέγουσαν τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν τοῦ μέλιτος ἐργασίαν· σπουδῇ δὲ

καὶ προσευχῇ χρησάμενος, τὰ παραδραμόντα τῷ χρόνῳ παρὰ ἀληθευόντων ἁγίων καὶ τῆς ἐρήμου ταύτης ἀρχαιοτάτων ἀνηρεξάμην ὧδε τε κἀκεῖσε περιθέων καὶ περιαθροίζων αὐτὰ καὶ συλλέγων, ὥσπερ ἔκ τινος βυθοῦ τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ τῆς λήθης ἀναλεγόμενος· πιστεύων ἀκριβῶς τὸ παρὰ τοῦ μισθαποδότου Θεοῦ κομίσασθαι μισθὸν ἐκ τοῦ ἀνανεάσαι τῇ μνήμῃ τὰ μνημονεύεσθαι ἄξια, καὶ τύπον ἀγαθὸν παρασχέσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι τῇ τοιαύτῃ φιλοπόνῳ σπουδῇ. εἰ γὰρ καὶ τῆς ἀξίας οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ ἐπαινουμένου σεβασμίου πατρός· ἀλλ' οὖν εὔλογον ἡγησάμην μᾶλλον τῆς ἀξίας διαμαρτεῖν ὑπὸ εὐγνωμοσύνης κινούμενος, ἢ ἀγνωμοσύνῃ παραλιπεῖν τὸ πᾶν· καὶ τῆς ὑμετέρας ἀκοῦσαι πατρότητος. ἅμα δὲ καὶ ὑφορώμενος ἐκεῖνο τὸ φοβερώτατον ἔγκλημα τοῦ εἰς γῆν τὸ τάλαντον καταχρύψαντος πονηροῦ δούλου καὶ ὀκνηροῦ. καὶ οὕτως ἐτόλμησα ἀτέχνῳ τινὶ καὶ τῆς ἔξωθεν παιδείας ἀπείρῳ κεχρημένος λέξει τῆς προκειμένης ἀπάρξασθαι συγγραφῆς, συνεργοῦντος τοῦ Θεοῦ καὶ * τὰ λέγειν ἐπιχορηγοῦντος διὰ τῆς τοῦ ὁσίου Εὐθυμίου πρεσβείας τοῦ τὴν ὑπόθεσιν τῶν λόγων παρεχομένου.

* Lig. τὰ

Βίος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου.

Ὁ Μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ συνάναρχός τε καὶ

& oratione uſus, ea, quæ tempore elapſa erant, à ſanctis veridicis hujuſque ſolitudinis antiquiſſimis viris huc & illuc diſcurrens excerpſi & collegi, atque è longo tempore & oblivione tanquam è profundo aliquo erui, certò credens me à Deo remuneratore mercedem recepturum, qui res memoratu dignas memoriæ hominum reſtituerim, egregiumque exemplar præbuerim hujuſmodi elucubrationem legentibus. Etſi enim ad laudati venerandi Patris dignitatem non accedam: attamen æquum eſſe duxi benevoli gratique animi causâ potiùs à rei dignitate aberrare, veſtræque Paternitati morem gerere, quàm propter imperitiam rem totam deſerere. Simul verò ob oculos verſabatur illa terribiliſſima improbi & pigri ſervi, qui talentum in terra abſconderat, reprehenſio. Itaque ſimplici dictione externæque eruditionis experte propoſitum opus aggredi auſus ſum, adjuvante Deo verbaque ſuppeditante per ſancti Euthymii interceſſionem, qui dicendorum argumentum præbuit.

Vita ſancti Patris noſtri Euthymii.

UNIGENITUS Dei Filius & Verbum, Patri

Digitized by Google

coæternus & conſubſtantialis, omniſque principii ſimiliter expers, Patris beneplacito atque Sancti Spiritus voluntate, noſtræ ſalutis gratiâ caro & homo fieri ex intemerata & Deipara Maria, & ex ipſa generari, ineffabili humanitate dignatus eſt, Deus non nudus nec purus homo, ſed potiùs incarnatus Deus, qui in ſeipſo humanâ naturâ ſecundùm hypoſtaſim conjunctâ nullam confuſionem, nullam converſionem, nullam naturæ mutationem paſſus eſt: ſed manens quod erat, factus eſt quod non erat, ſalvâ videlicet convenientium atque in unam perſonam & hypoſtaſim indiſſolubili unione concurrentium naturarum differentiâ. Unde in utriſque ſubſtantiis unus & idem exiſtit Chriſtus Filius Dei viventis, ſine ulla diviſione vel confuſione notus. Igitur cùm Deus eſſet impaſſibilis, non dedignatus eſt fieri homo paſſibilis: & cùm eſſet immortalis, mortis legibus ſubjacere non renuit, ut tam miſericordi erga nos benignitate & voluntaria exinanitione nobis ad ſeipſum redeundi viam præberet. Hinc cùm ſuos diſcipulos in noſtri generis ſalutem mitteret, dixit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti*. Quo accepto illi mandato, totoque terrarum orbe

Matth. 28.

συναΐδιος τῷ πατρὶ ὑπάρχων, καὶ ὁμοούσιος, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος, εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς καὶ βουλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, κατηξίωσε διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ γεννηθῆναι ἐξ αὐτῆς· Θεὸς οὐ γυμνὸς καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· σεσαρκωμένος δὲ μᾶλλον Θεός, ἑνώσας ἐν ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, οὐ σύγχυσιν ὑποστάς, οὐ τροπὴν ὑπομείνας, οὐκ ἀλλοιωθεὶς τὴν φύσιν· ἀλλὰ μείνας ὃ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν, σωζομένης δηλονότι τῆς τῶν συνελθουσῶν φύσεων διαφορᾶς, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συνδραμουσῶν καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον. ὅθεν ἐν ἑκατέραις ταῖς οὐσίαις εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀδιαίρετός τε καὶ ἀσύγχυτος γνωριζόμενος. τοιγαροῦν ἀπαθὴς ὢν Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς γενέσθαι ἄνθρωπος, καὶ ἀθάνατος ὑπάρχων νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτου ἠνέσχετο, ὅπως τῇ τοιαύτῃ πρὸς ἡμᾶς εὐσπλάγχνῳ συγκαταβάσει καὶ ἑκουσίῳ κενώσει τὴν πρὸς ἑαυτὸν δωρήσηται ἡμῖν ἄνοδον. διὸ καὶ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἡμετέρου γένους ἀποστέλλων ἔλεγε· «πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.» οἱ δὲ ταύτην παραλαβόντες τὴν

Digitized by Google

ἐντόλην καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν διεξελθόντες λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐκήρυττον ἐπ' εὐσεβείᾳ· λόγῳ μὲν διδάσκοντες, ἔργῳ δὲ καὶ βίῳ τὸν λόγον βεβαιοῦντες. διὰ πάντων χωροῦντες τῶν δυσχερῶν, διωκόμενοι, θλιβόμενοι, γυμνητεύοντες, αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ἐγένοντο. ὕστερον καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, καλῶς διὰ πάντων τὸν δεσπότην μιμησάμενοι.

peragrato, verbis & factis pietatem prædicavere; verbis quidem docentes, factis verò & vitâ verba confirmantes. Omnia aſpera experti, expulſi, afflicti, nudi, ipſiſque rebus neceſſariis egeni fuere. Poſtremò Dominum in omnibus pulcrè imitati mortem ipſam contemſere.

Ἐντεῦθεν ἡ θεογνωσία τῷ κόσμῳ ἀνέτειλεν· ἐντεῦθεν ἡ τῆς ἀνθρωπότητος κατεφωτίσθη φύσις, καὶ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐλευθερώθη. ἐντεῦθεν τοῖς ἀπεγνωσμένοις ἐπεφάνη ἡ χάρις ἡ σωτήριος διαφόρως τε καὶ πολυτρόπως τοὺς πάντας εὐεργετοῦσα. ἐντεῦθεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐπεβλάστησαν αἱ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἀγέλαι, ὧν τοὺς ἀγῶνας ζηλώσαντες οἱ πολλοὶ μετὰ τὸν διωγμὸν, φωστήρων δίκην ἐν τῇ τῶν μοναχῶν ἐξέλαμψαν πολιτείᾳ. οἵτινες ἐκμαγεῖον τῆς ἀποστολικῆς ἀρετῆς τὸν ἑαυτῶν ἐποίησαν βίον· οἷς
» ἁρμόζει τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο τό· πε-
» ριῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις
» δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβό-
» μενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις
» πλανώμενοι καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις,
» καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. τούτου τοῦ ἀνεπιλήπτου βίου μεταχὼν καὶ ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Εὐθύμιος, ἀφιερωθεὶς ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ, ζηλώσας τὸν τῶν ἁγίων βίον, εὐάρεστος τῷ Θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις ἀνεδείχθη.

Inde Dei notitia mundo exorta eſt. Inde humana natura luce perfuſa eſt, atque è Diaboli tyrannide liberata. Inde deſperatis apparuit gratia ſalutaris, diverſis multiſque modis benefica. Inde ex omnibus gentibus pullularunt ſanctorum Martyrum turmæ, quorum agones multi poſt perſecutionem æmulati, luminarium inſtar in inſtituto monaſtico effulſere. Hi ſuam vitam, veram virtutis Apoſtolicæ imaginem expreſſere, in quos aptè quadrat illud Scripturæ: *Circuierunt in* Heb. 11.
melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis & in cavernis terræ. Hujuſmodi inculpatæ vitæ particeps factus magnus Pater noſter Euthymius, ab ipſiſmet incunabulis Deo conſecratus, Sanctorumque vitam æmulatus, Deo acceptus & hominibus probatus apparuit. Cujus

Digitized by Google

ſancti Patris quam in carne vitam duxit deſcribere juſſus, ſine ulla mora, tibi jubenti pareo, venerande Pater Georgi. Jucunda enim animæque perutilia atque ſanctitatis tuæ digniſſima ſunt ea quæ imperas. Quippe verè par eſt ea, quæ tempore effugerunt neque in multorum cognitionem venerunt, literis comprehendere, neque profunda oblivione obſcurari ſinere, ſed commune emolumentum & imaginem & exemplar his proponere qui ſuæ ſaluti poſtea conſulere voluerint. Itaque invocato Dei Filio & Verbo, de quo hujus operis initio verba feci, jam de ſancto Euthymio dicere incipiam.

Cælicola Euthymius parentes habuit Paulum & Dionyſiam appellatos, non obſcuri nominis, ſed quàm nobiliſſimos, omnique ſecundùm Deum virtute ornatos, quorum patria & domicilium fuit Melitene celebris Armeniæ metropolis. Beata ergo Dionyſia, cùm ſterilis eſſet, multos annos cum viro ſine liberis vixit. Quamobrem triſtem omnino vitam ducentes, frequenter Deum enixè orabant ut ſibi filium largiretur. Cùmque in vicinam ejuſdem urbis ſacram ædem ſancti, glorioſi, egregiique victoris Martyris Polyeucti ſe contuliſſent, ibi plures dies

τοῦ ὁσίου πατρὸς ἁγίου ἀναγράψασθαι τὴν ἐν σαρκὶ πολιτείαν κελευσθεὶς, ἀναμονῆς πάσης χωρὶς, πείθομαί σοι κελεύσαντι, τίμιε πάτερ Γεώργιε. κελεύεις γὰρ ἡδέα καὶ ψυχωφελῆ, καὶ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐπάξια. δίκαιον γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τὰ παραδραμόντα χρόνῳ, καὶ μὴ πολλοῖς γνωσθέντα ἀναγραφῆναι τῷ λόγῳ, καὶ μὴ συγχωρῆσαι ταῦτα λήθης βυθοῖς ἀμαυροῦσθαι· ἀλλὰ κοινὸν ὄφελος καὶ εἰκόνα καὶ τύπον προτεθῆναι τοῖς μετέπειτα βουλομένοις τῆς αὐτῶν προνοεῖσθαι σωτηρίας. ἤδη τοίνυν ἐντεῦθεν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν καὶ λόγον ἐπικαλεσάμενος τὸν τοῦ παρόντος λόγου προτεθέντα, τοῦ περὶ Εὐθυμίου ἀπάρξομαι λόγου.

Ὁ οὐρανοπολίτης Εὐθύμιος γονέων μὲν ὑπῆρχε Παύλου καὶ Διονυσίας προσαγορευομένων, οὐκ ἀσήμων ὄντων, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐγενεστάτων, καὶ πάσῃ τῇ κατὰ Θεὸν ἀρετῇ κεκοσμημένων, πατρίδα καὶ οἴκησιν ἐχόντων Μελιτηνὴν τὴν τῆς Ἀρμενίων περιφανῆ μητρόπολιν. ἡ οὖν μακαρία Διονυσία ἐπὶ ἱκανὰ ἔτη συζήσασα τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ, στεῖρα οὖσα οὐκ ἔτικτε. διὸ ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ διάγοντες ἀμφότεροι, ἐπὶ συχνὸν χρόνον διέμειναν δεόμενοι ἐκτενὰς τοῦ Θεοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς παιδίον. καὶ γενόμενοι εἰς τὸν αὐτόθι τῆς πόλεως πλήσιον ἱερὸν οἶκον τοῦ ἁγίου ἐνδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Πολυεύκτου ἐπὶ ἡμέρας πλείους τῇ

Digitized by Google

προσευχῇ προσεκαρτέρουν, ὡς ὁ τῶν ἀρχαίων πρὸς ἡμᾶς ἐνεχθεὶς διήγαγε λόγος. καὶ ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν εὐχομένων αὐτῶν μόνων, φαίνεταί τις ὀπτασία λέγουσα· εὐθυμεῖτε, εὐθυμεῖτε· ἰδοὺ γὰρ κεχάρισται ὑμῖν ὁ Θεὸς παιδίον εὐθυμίας φερώνυμον, ὅτι ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ εὐθυμίαν ταῖς αὐτοῦ ἐκκλησίαις δωρεῖται ὁ τοῦτο ὑμῖν χαριζόμενος Θεός. αὐτοὶ δὲ τὸν τῆς ὀπτασίας καιρὸν σημειωσάμενοι ὑπέστρεψαν εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν, καὶ ἐκ τοῦ χρόνου τῆς κυήσεως γνόντες ἀληθῆ τὰ τῆς ὀπτασίας. ἅμα μὲν τῷ γεννηθῆναι τὸν παῖδα Εὐθύμιον ὠνόμασαν, ὑποσχόμενοι ἀνατεθῆναι αὐτὸν τῷ Θεῷ. ἐγεννήθη δὲ, καθὼς παρειλήφαμεν, κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα τῆς τετάρτης Γρατιανοῦ ὑπατείας.

Ὅτι δὲ ἀληθὴς ἡ ὀπτασία οἱ ἀναγινώσκοντες νοείτωσαν. τῶν γὰρ ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐν ἀθυμίᾳ οὐσῶν, καὶ τῶν ὀρθοδόξου πίστεως τῶν ὑπασπιστῶν ἀπελαυνομένων, καὶ τῶν Ἀρειανῶν καταδυναστευόντων ἀπὸ τῶν Κωνσταντίου χρόνων, καὶ διωγμοῦ κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἐπικειμένου, ἔν τε τοῖς Ἰουλιανοῦ χρόνοις καὶ τοῦ μετέπειτα τῆς ἑῴας βασιλεύσαντος Οὐάλεντος, Εὐθυμίου τοῦ φερωνύμως κληθέντος πάντα τὰ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν λυπηρὰ εἰς εὐθυμίαν μετετρέπετο. μήπω γὰρ τοῦ πέμπτου μηνὸς πληρωθέντος ἐπὶ τῇ ἕκτῃ ὑπατείᾳ ἀρθεὶς ὁ θεομάχος

in oratione perſeveravere, ut à majoribus accepimus. Dum autem una nocte ſoli orabant, divina quædam viſio apparuit dicens: εὐθυμεῖτε, εὐθυμεῖτε, id eſt, Læto animo eſtote, læto animo eſtote. Ecce enim vobis conceſſit Deus puerum, εὐθυμίας, id eſt, lætitiæ, cognominem, quia in ejus ortu lætitiam ſuis Eccleſiis impertit, qui vobis illum donat Deus. Illi verò viſionis tempore annotato domum reverſi ſunt, atque ex ipſo conceptionis tempore vera eſſe promiſſa viſionis cognovere. Simul autem ac natus eſt puer, Euthymium cognominavere, illumque Deo oblaturos eſſe polliciti ſunt. Porro natus eſt, ut accepimus, menſe Auguſto, * quarto Gratiani Conſulatu.

** Secundùm vulgarem Chronologiam anno Chriſti 377. ſecundùm eam verò quam hic Auctor ſequitur, anno 369.*

Veram autem viſionem fuiſſe lectores intelligant. Nam cùm per quadraginta annos ſanctas Eccleſias triſtitia occupaſſet, in exilium actis orthodoxæ Fidei defenſoribus, Arianis à Conſtantii tempore dominantibus, & perſecutione contra pios inſtante, Juliani Valentiſque poſtea in Oriente imperantis temporibus, Euthymio aptiſſimè nominato cuncta ſanctarum Eccleſiarum triſtitia in lætitiam verſa eſt. Nondum enim expleto quinto menſe *, ſexto Conſulatu elatus impius Va-

** nempe ſextò Conſulatus Valentis, non verò ab Euthymii ortu, ut apud Metaphraſtem legitur.*

Digitized by Google

lens, exercituque in Barbaros Thraciam depopulantes ducto, atque paulò pòſt bello cæſus, dignas tandem ſuæ impietatis pœnas luit. Nam cùm vi ſuperatus in quemdam vicum circum Adrianopolim Thraciæ fugiſſet, irruentes Barbari ipſum cum vico incenderunt, nondum completo primo anno ab Euthymii ortu.

Tertio autem anno ineunte Paulus ejuſdem pater vitâ functus eſt. Beata verò Dionyſia fratre Eudoxio eruditiſſimo viro, qui Epiſcopi hujus loci confeſſor erat, conſulto & interventore facto, filium obtulit magno Otreïo, qui in Conſtantinopolitana Synodo refulſerat, tuncque temporis ſanctiſſimam Melitenes Eccleſiam regebat. Sic illa promiſſum implevit, & filium tanquam hoſtiam acceptam, ut olim Samuelem celeberrima Anna, Deo conſecravit.

Ut verò magnus ille Otreïus ſanctiſſimus Epiſcopus puerum fuit contemplatus, atque ab Eudoxio Scholaſtico viſionem illam, quæ parentibus contigerat, audivit, nihilque de futuro ſollicitam matrem, eum, antequam naſceretur, Deo promiſiſſe: ipſum autem conceptum ora-

Οὐάλης, καὶ τῶν βαρβάρων τὴν Θρᾴκην ληϊζομένων ἐπιστρατεύσας, καὶ ἐπὶ ὀλίγον χρόνον τῷ πολέμῳ συγκοπτόμενος ὕστερον δίκην ἤπισε τῆς θεομαχίας ἀξίαν. ἐν γὰρ κώμῃ τινὶ περὶ Ἀδριανούπολιν τῆς Θρᾴκης κατὰ κράτος ἡττώμενον φυγόντα καταδραμόντες οἱ βάρβαροι ἔκαυσαν αὐτὸν μετὰ τῆς ἐχούσης αὐτὸν κώμης, μήπω πληρωθέντος τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τῆς Εὐθυμίου γεννήσεως.

Τελέτους δὲ ἤδη χρόνου εἰσεληλυθότος Παῦλος μὲν ὁ πατὴρ τέλους τοῦ βίου ἐχρήσατο. ἡ δὲ μακαρία Διονυσία ἀδελφὸν ἔχουσα λογιώτατον, Εὐδόξιον μὲν καλούμενον, τῷ δὲ αὐτόθι * ἐπισκόπου κρατοῦντος καὶ τῷ ἐπισκόπῳ συνεδρεύοντι, τοῦτον σύμβουλον καὶ μεσίτην ποιησαμένη τῷ * κατ᾽ ἐκείνῳ καιρῷ ἰθύνοντι τῇ κατὰ Μελιτηνὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν Ὀτρηΐῳ τῷ μεγάλῳ τῷ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἁγίᾳ συνόδῳ διαλάμψαντι προσήγαγον τὸν παῖδα, τήν τε ὑπόσχεσιν ἀποπληρώσασα, καὶ ὡς θυσίαν εὐπρόσδεκτον ἀναθεμένη τῷ Θεῷ, καθάπερ ἡ πολυθρύλλητος Ἄννα τὸν Σαμουήλ.

Ὁ δὲ μέγας ἐκεῖνος Ὀτρήϊος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος τόν τε παῖδα θεώμενος, καὶ * περὶ τοῦ σχολαστικοῦ Εὐδοξίου ἀκούσας περί τε τῆς τοῖς γονεῦσι φανείσης ὀπτασίας, καὶ ὅτι πρὸ γεννήσεως ἡ μήτηρ αὐτὸν καθυπέσχετο μὴ εὐλαβηθεῖσα τὸ μέλλον, καὶ ὅτι ἡ σύλληψις ἔργον εὐχῆς γεγένηται,

* Lege τῷ δὲ αὐτόθι ἐπισκόπου κρατοῦντος συνεδρεύοντα

* Lege κατ᾽ ἐκεῖνον καιρὸν ἰθύνοντι τὴν

* Lege περὶ

» γεγένηται, θαυμάσας εἶπεν· ὅτι ὡς » ἐπαναπέπαυται τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ » ἐπὶ τὸ μειράκιον τοῦτο. καὶ τὸν μὲν παῖδα δεξάμενος, βαπτίσας αὐτὸν καὶ ἀποθρίξας ἀναγνώστην τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας πεποίηκεν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ λαβών, καὶ τρόπον τινὰ τεκνοποιησάμενος ἀνέτρεφε. τὴν δὲ μακαρίαν Διονυσίαν ὡς προσκειμένην Θεῷ καὶ τοῖς θείοις, διάκονον ἐχειροτόνησε τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. * Εὐθυμίῳ τοίνυν τῷ ἐκκλησιαστικῷ καταλόγῳ * ἐναριθμίῳ * γεγονότος, παραυτίκα Θεοδόσιος ὁ μέγας τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα παραλαβών, ἐν αὐτῷ ἐδωρήσατο ὁ Θεὸς * τήν τε Ῥωμαίων πολιτείαν καὶ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις θείαν δόσιν εὐθυμίας πάσης πεπληρωμένην· καὶ συνήχθη τηνικαῦτα τοῖς ὀνόμασι τὰ πράγματα συμβῆναι. ἔδει γὰρ πληρωθῆναι τὰ περὶ αὐτοῦ τοῖς γονεῦσι φανεῖσαν ὀπτασίαν.

* Lege Εὐθυμίου & ἐναριθμίου vel γεγονότι.

* Videtur scribendum esse τῆς τε Ῥωμαίων πολιτείας

Ὀλίγου δέ τινος χρόνου διελθόντος, κατανοήσας αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος τὴν τῶν παιδίων ἡλικίαν ὑπερβαίνοντα, καὶ * τοῖς μαθήμασι λοιπὸν ὀφείλει ἐνασχολεῖσθαι, παραδίδωσιν αὐτὸν διδασκάλοις τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἦσαν δὲ τότε ἐν τοῖς ἀναγνώσταις δύο νεανίσκοι ἐπὶ εὐγενείᾳ καὶ σωφροσύνῃ κεκοσμημένοι, καὶ πάσῃ συνέσει διαπρέποντες, πρὸς τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὴν ἔξω παιδείαν ἀκριβῶς ἠσκημένοι, Ἀκάκιος καὶ Συνόδιος προσαγορευόμενοι· οἵτινες μετ'

* Adde ὅτι

tionis opus fuiſſe, non ſine admiratione dixit: Verè re- " quievit Spiritus Dei ſuper " hunc puerum. Deinde ſuſce- " ptum puerum baptizavit, & totondit, commiſſæque ſibi Eccleſiæ Lectorem fecit, atque in Epiſcopio accepit, & enutrivit, ejus quodammodo pater effectus. Beatam verò Dionyſiam, ut Deo diviniſque rebus addictam, ſanctiſſimæ Eccleſiæ Diaconiſſam ordinavit. Itaque Euthymio catalogo Eccleſiaſtico inſcripto, mox Theodoſius Magnus Romani Imperii ſceptra accepit, in quo Deus tum Romanæ Reipublicæ, tum ſanctis Eccleſiis divinum donum omni lætitia refertum impertitus eſt; tuncque accidit res nominibus concordare. Nimirum impleri oportebat viſionem, quæ de illo parentibus apparuerat.

Cùm autem brevi tempore interjecto intellexiſſet Epiſcopus, illum puerilem ætatem prætergreſſum eſſe, jamque diſciplinis inſtruendum eſſe, ejus curam ſacrarum Litterarum magiſtris commiſit. Erant verò tunc inter Lectores duo adoleſcentes nobilitate & modeſtiâ ornati, omnique doctrinâ excellentes, qui præter divinæ Scripturæ ſcientiam, in cæteris quoque diſciplinis apprimè exercitati erant. Alter Acacius vocabatur, Synodius alter: qui ambo poſt

Digitized by Google

multos aſceticos labores ſanctiſſimæ Melitenes Eccleſiæ Pontificatum proprio tempore ſuſceperunt, quem eâ, quæ illi dignitati convenit, adminiſtratione geſſerunt. De his mira multa atque Sacerdotii verè digniſſima narrant Melitenenſes.

Illi è manu Epiſcopi acceptum Euthymium ſummam pietatem docuerunt, qui brevì coævorum complures ſuo in Deum amore diſcendique ardore ſuperavit. Nam ſupra ætatem erat ille ardor, adeo ut ipſe Acacius illuminatam ejus mentem miraretur. Sic igitur in primordiis ætatis ſacer ille adoleſcens in Epiſcopio erudiebatur & formabatur ſecundùm optimam & puriſſimam doctrinam, quam, ut ait Gregorius Theologus, diurnam divinus David pulcrè vocat, nocturnæque adverſam. Dum autem divinas Litteras ediſcebat, divinorum & egregiorum virorum, quos illæ repræſentant, imitator eſſe ardebat. Dolebat verò, cùm eum à divinis eloquiis aliqui garruli abſtraherent. Acacii magiſtri mores imitatus, variorum ciborum ne meminerat quidem. Neque vanam gloriam appetebat; neque à Dei laude os ejus ceſſabat: ſed divinum Officium Eccleſiaſtici Canonis nulla

πολλοὺς ἀσκητικοὺς ἀγῶνας τῆς κατὰ Μελιτηνὴν * ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τὴν ἀρχιερωσύνην ἐδέξαντο ἐν ἰδίῳ καιρῷ. τούτων ἕκαστος συμβαίνουσαν εἶχε τῇ ἀρχιερωσύνῃ τὴν πολιτείαν, περὶ ὧν πολλὰ θαυμαστὰ διηγοῦνται οἱ Μελιτηνῶν παῖδες καὶ ἱερωσύνης ἀληθῶς ἐπάξια.

Οὗτοι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἐπισκόπου δεξάμενοι τὸν Εὐθύμιον, ἐπαίδευσαν ἀκροτάτην εὐλάβειαν, ὅστις Εὐθύμιος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλοὺς τῶν συνηλίκων ἐκόντισε τῇ τῆς ψυχῆς φιλοθεΐᾳ καὶ φιλομαθείᾳ. ἦν γὰρ αὐτοῦ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τὸ πρόθυμον, ὥστε θαυμάζειν Ἀκάκιον τὴν πεφωτισμένην αὐτοῦ διάνοιαν. οὕτω μὲν οὖν τὰ πρῶτα τῆς ἡλικίας ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ὁ ἱερὸς οὗτος νεανίσκος παιδεύεται καὶ διαπλάττεται τὴν ἀρίστην καὶ καθαρωτάτην * ἥνπερ, ὥς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἡμερινὴν ὁ θεῖος Δαβὶδ καλῶς ὀνομάζει καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀντίθετον. ἐκμανθάνων δὲ τὰς θείας γραφὰς ἐπεπόθει ζηλωτὴς εἶναι τῶν ἐν αὐταῖς ἐμφερομένων θείων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν. ἠνιᾶτο δὲ ὅτ' ἂν ὑπό τινων ἀργολογούντων ἀφείλκετο τῶν θείων λογίων. Ἀκακίου δὲ τοῦ διδασκάλου τοὺς τρόπους μιμούμενος οὐδ' ὅλως ἐποιεῖτο μνήμην ποικίλης τροφῆς. οὔτε μὴν ἐφίετο κενῆς δόξης, οὔτε ἤργει τὸ στόμα ἀπὸ τῆς δοξολογίας τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὴν μὲν θείαν λειτουργίαν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος

* Lege ἁγιωτάτης ἐκκλησίας.

* Adde διδασκαλίαν, vel quid ſimile.

Digitized by Google

ἀπερισπάστῳ καρδίᾳ καὶ ἀμετεωρίστῳ νοῒ εἰς τοὺς ὡρισμένους ἐπετέλει καιροὺς μετὰ φόβου καὶ κατανύξεως, ἐνθυμούμενος, ὅτι χρὴ ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ λατρεύειν Θεῷ, οὐχὶ δὲ μετὰ γέλωτος καὶ ψιθυρισμοῦ σκηνὴν θεατρικὴν τὴν ἐκκλησίαν ἀπεργάζεσθαι· ἀλλὰ μετ' εὐλαβείας ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι χρὴ, ὡς βασιλεῖ καὶ Θεῷ ἐντυγχάνειν διὰ τῆς προσευχῆς μέλλοντα. τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον οἰκίας * χολάζειν ἔν τε τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ καὶ τοῖς τῶν θείων λογίων ἀναγνώσμασι διανυκτερεύων τε καὶ διημερεύων· εἰ-
» δὼς ὅτι ὁ μελετῶν ἐν νόμῳ Κυρίου
» ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἔσται ὡς τὸ ξύλον
» τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξό-
» δους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ
» δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. καὶ ἐδίδου τῷ Θεῷ ἑκάστου καιροῦ τὸν πρόσφορον καρπόν.

* Lege ἐσχό-λαζεν

cordis mentiſve diſtractione, ſtatutis horis cum metu & compunctione perſolvebat, ſecum ſcilicet revolvens cum timore & tremore Deo ſerviendum eſſe, neque licere riſu & garrulitate Eccleſiam in theatrum mutare: ſed cum reverentia in Eccleſiam ingredi oportere, tanquam cum Rege & Deo per orationem verſaturos. Intermedium verò tempus orationi, pſalmodiæ, & divinarum Scripturarum lectioni diu noctúque domi impendebat, non neſcius quòd *qui meditatur in lege Domini die & nocte, erit ſicut lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Et ſingulorum quidem temporum convenientem fructum Deo offerebat.

Pſal. 1.

Ἐν καιρῷ γὰρ ὀργῆς ἐκαρποφόρει τῷ Θεῷ τὴν ἀγάπην καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τῷ καιρῷ τῆς γαστριμαργίας ὁ καρπὸς ἦν αὐτοῦ ἡ ἐγκράτεια. καὶ λογισμῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἡδονῆς τινος σωματικῆς, αὖθις ἡ σωφροσύνη ἐν αὐτῷ ἀνεβλάστανεν. ἑταίροις δὲ καὶ συνομίλοις ἐκέχρητο οὐ τοῖς ἀσελγεστάτοις, ἀλλὰ τοῖς σωφρονεστάτοις, οἷς καὶ συνεῖναι μᾶλλον λυσιτελὲς τὸν εὐλαβείας ἀντεχόμενον. καὶ οὕτω καθ' ἡμέραν ἀθλητικῶς ἀγωνισάμενος κατώρθωσε τήν τε ἀπὸ γλώσσης καὶ κοι-

Nam iræ tempore charitatem & patientiam Deo offerebat. Tempore verò gulæ fructus illi erat temperantia. Cùm autem cogitationibus voluptatis alicujus corporeæ impugnaretur, continentia contrà in ipſo germinabat. Porro ſociis & condiſcipulis utebatur, non impudiciſſimis, ſed pudiciſſimis, quibuſcum verſari magis conducit pietatis amanti. Quotidianis hujuſmodi certaminibus linguæ &

Digitized by Google

ventris temperantiam, perfectam paupertatem, veram humilitatem atque corporis ſanctimoniam conſecutus eſt. Maximâ enim curâ continentiæ habitâ, inextinctam virginitatis lampadem ſervavit, quam benignitatis & miſerationis oleo exornabat.

Hoc igitur modo permultum tempus exercitatus Euthymius ad virtutum perfectionem pervenit. Divina autem Providentia, quæ illum ita erudierat & per multa intermedia prodiderat, ab initio celeberrimum effecit. Nam poſtquam, ut dictum eſt, educatus & eruditus fuiſſet, atque Eccleſiaſticorum graduum ſeriem omnem percurriſſet, invitus ab illius temporis Epiſcopo Preſbyter ſanctiſſimæ Melitenenſis Eccleſiæ ordinatur, eique Monaſteriorum circum urbem jacentium cura & præfectura committitur. Porro hæc cura illi idcirco demandata eſt, quòd à pueris monaſticæ vitæ eſſet amator, & quietis deſiderio flagrans plurimum tempus tum apud Sancti Polyeucti, tum apud Sanctorum triginta trium Martyrum Monaſterium degere ſoleret. Sanctæ autem Quadrageſimæ tempore in montem ſecedebat, qui tunc quidem deſertus erat; nunc verò illic egregium Monaſterium prope urbem ædificatum eſt,

λίας ἐγκράτειαν καὶ τελείαν ἀκτημοσύνην καὶ τὴν ἀληθινὴν ταπεινοφροσύνην καὶ τὸν τοῦ σώματος ἁγιασμόν. τῆς γὰρ σωφροσύνης σφόδρα ἐπιμελούμενος διετήρησεν ἄσβεστον τὴν λαμπάδα τῆς παρθενίας τῷ τῆς εὐσπλαγχνίας καὶ συμπαθείας κατακεκοσμημένην ἐλαίῳ.

ριτι τὸν περὶ Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου διεξῆλθον λόγον, ἐπειγόμενος, καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι ἐπερειδόμενος, τὴν δὲ ὑπόσχεσιν πληρῶσαι, καὶ τὰ περὶ τῆς τοῦ οὐρανοπολίτου Σάβα πολιτείας τε καὶ διαγωγῆς ἐν δευτέρῳ διηγήσασθαι λόγῳ.

Ἀξιῶ δὲ τοὺς ἀμφοτέρους αὐτοὺς, πρὸς τῇ δοθείσῃ χάριτι, καὶ πρεσβείαν ὑπὲρ ἐμοῦ ποιήσασθαι, καὶ ἱλασμὸν τῶν ἐμοὶ ἐπταισμένων αἰτῆσαι, πρὸς τὸ ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἐλεεινὸν, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ ἀναστάσει ἀκαταίσχυντον διατηρηθῆναι, καὶ εὑρεῖν ἔλεος ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. ἀμήν.

nem de Magno Euthymio perſecutus ſum, feſtinans, ejus gratia fulciente, promiſſis ſtare, & de cæleſtis civis Sabæ vita & inſtituto in ſecundo Opere verba habere.

Ambos verò illos rogo, præter datam gratiam, pro me intercedant, veniamque erratorum petant, ut ego peccator & miſerabilis, hîc & in futura reſurrectione ſine rubore conſerver, miſericordiamque inveniam coram tribunali Chriſti, cui gloria cum Patre & Spiritu Sancto, in ſecula ſeculorum. Amen.

Digitized by Google

*ΒΙΟΣ

[ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ]

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΑΚΟΥ

ΤΟΥ ΑΝΑΧΩΡΗΤΟΥ.

Apud Surium die 29. Sept.

VITA

[ET CONVERSATIO]

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRIACI

ANACHORETÆ.

Auctore SIMEONE METAPHRASTE: interprete Domno ANTONIO POUGET Monacho Benedictino Congregationis Sancti Mauri.

Gen. 12. 3. BEnedicentes te, inquit Deus Abrahæ, *benedicam; & maledicentes te maledicam*: non eos ſolùm, qui virtutem exercent, hinc

Τοὺς εὐλογοῦντάς σε, φησὶ « πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς, εὐλογήσω, καὶ τοὺς καταρωμένους σε « καταράσομαι· οὐ τοὺς ἀρετὴν μετιόν- «

* Ex duobus MSS. Codicibus Bibliothecæ Colb. quorum 1. hoc numero 771. indigitatur: 2. verò hunc habet præfixum numerum 1891 Quæ verò in textu his clauduntur notis [ ] apud eum tantùm Codicem leguntur, cujus nota in margine apponitur. Quæ autem in interpretatione Latina his notis [ ] includuntur, apud Surium deſiderantur.

Digitized by Google

τας μόνον ἐντεῦθεν διαμειβόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐπαινοῦντας αὐτοὺς τὴν εὐλογίαν διαβιβάζων. ἔνθεν τοι χρὴ καὶ τὰ ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ μακαρίου τούτου Κυριακοῦ παλαίσματα καὶ τοὺς ἱδρῶτας, οὐ θερμότατα μόνον ἀκούειν καὶ θαυμάζειν καὶ ἀποδέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς μίμησιν ὅση δύναμις διανίστασθαι, καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον ἀποδύεσθαι ζῆλον· ὥστε μὴ εὐλογίας μόνον διὰ τὴν ἀποδοχὴν ἀξιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ συμμερίζεσθαι τοὺς στεφάνους αὐτοῦ, καὶ κοινωνεῖν τῶν βραβείων.

remunerans; ſed ad eos etiam qui ipſos laudant, trajiciens benedictionem. Hinc fit, ut oporteat beati hujus Cyriaci pro virtute certamina & ſudores, non ſolùm ferventiſſimè audire, admirari & laudare; verùm etiam ad eum pro viribus imitandum excitari, & ad ſimilem zelum accingi: ut non ſolùm benedictionem conſequamur propterea quòd laudaverimus; ſed & ſimus cum eo coronarum participes, & præmiorum ſocii.

Ον ἤνεγκε μὲν ἡ πρὸς τῇ Ἑλλάδι Κόρινθος· ὄνομα δὲ τοῖς τεκοῦσι, τῷ μὲν πατρὶ Ἰωάννης, ὃς καὶ πρεσβύτερος τῆς ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίας κεχειροτόνητο, τῇ δὲ μητρὶ Εὐδοξία. ὁ δὲ χρόνος αὐτοῦ τῆς γενέσεως, τὸ τέλος ἦν τῆς βασιλείας * Θεοδοσίου, δηλαδὴ * τοῦ νέου. καὶ θεῖος δὲ ἦν πρὸς * μητρὸς τοῦ ἁγίου, Πέτρος ὁ Κορινθίων ἐπίσκοπος. οὗτος δὲ ἄρα ὁ Πέτρος τὸν μακάριον Κυριακὸν εἰς τὸν τοῦ ἀναγνώστου βαθμὸν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ἐν ἁπαλῇ ἔτι καταλέγει τῇ ἡλικίᾳ.

* Θεοδοσίῳ 2. * τῷ νέῳ 2. * τῆς 2.

Quem tulit quidem quæ eſt in Græcia, Corinthus: parentibus autem nomen erat, patri quidem Joannes, qui etiam Preſbyter Eccleſiæ quæ eſt Corinthi, ordinatus fuerat: matri verò Eudoxia. a Tempus ejus ortûs fuit finis Imperii Theodoſii, junioris ſcilicet. Sancto autem avunculus erat, Petrus Corinthiorum Epiſcopus. Qui Petrus beatum Cyriacum in Lectoris gradum ejuſdem Eccleſiæ in tenera adhuc cooptat ætate.

Cyriaci patria & parentes.

Natus eſt Cyriacus anno 448. circa finem Imperii Theodoſii junioris, ante diem 5. Martii.

Fit Lector.

Ο δὲ ταῖς θείαις γραφαῖς προσκείμενος, καὶ ταύτας συνεχῶς

Ille autem divinis deditus Scripturis, eaſque aſſiduè

Divinis Scripturis operam navat.

a Theodoſius junior fine vitæ functus eſt an. 450. IV. Kal. Aug. ex Baronio & aliis. Verùm duobus ante annis natum fuiſſe Cyriacum, ex eo conſtat quòd annus vitæ ipſius 18. conjungitur infrà cum 9. Imperii Leonis magni anno, qui eſt Chriſti 465 Unde 1. Cyriaci annus, eſt 448. idque ſaltem ante diem 5. Martii. Ea quippe die, anno 478. Cyriacus jam 27. inchoaverat annum. inf.

Digitized by Google

percurrens, noctesque in eis
totas & dies verſans, apud
ſe mirabatur, uti Deus [ab
initio] propter ſalutem hu-
mani generis omnia diſpenſa-
verit: utque eos qui ſibi in
unaquaque generatione pla-
cuerunt, tanto ſit honore
dignatus, eoſque adeo claros
effecerit & glorioſos, ut qui
Gen. 4. 4. Abel propter ſacrificium glo-
Gen. 5. 24. riâ affecerit: Enoch propter-
ea quòd ei placuerit, tranſla-
tione honorarit: propter ju-
ſtitiam, ſcintillam generis
Gen. 6. Noë ſervarit: Abraham, pro-
Gen. 17. 5. pter fidem, patrem multarum
Gen. 14. 18. gentium effecerit: pium Mel-
chiſedech Sacerdotium acce-
ptum habuerit: patientiæ &
Gen. 39. 7. &c. caſtitatis, Joſeph imaginem
mundo, & Job præbuerit:
Exod. 24. 12. Moſem Legiſlatorem fecerit:
Joſue. 10. 12. &c. Lunæ & Soli aurigam Jeſum
Nave [filium] conſtituerit:
Prophetam, & Regem, &
ſtupendi myſterii progenito-
Dan. 3. 50. rem David reddiderit: Baby-
lonicæ fornacis flammam pue-
ris in rorem tranſmutarit.

Præterea in majori verſa-
batur dubitatione, illa cogi-
tans, partum ſine ſemine,
Virginem eandem & matrem:
& quomodo Verbum, cùm
Deus eſſet, homo ſine muta-
tione factum ſit: & quo pa-
cto per crucem inferos ſpo-
liaverit, fallacemque ſerpen-
tem fregerit, & Adamum
rurſus in Paradiſum reduxe-
rit.

ἐπιὼν, καὶ νύκτας αὐταῖς ὅλας καὶ
ἡμέρας συνὼν, ἐθαύμαζεν ἐφ' ἑαυ-
τοῦ, ὅπως τε ἄρα τὴν ἀρχὴν ὁ
Θεὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ * ἀνθρω- * ἀνθρωπείου τ.
πίνου γένους, ᾠκονόμησε πάντα· καὶ
ὅπως τοὺς κατὰ γενεὰν ἑκάστην εὐηρε-
στηκότας αὐτῷ, τηλικαύτης ἠξίω-
σε τῆς τιμῆς, καὶ λαμπροὺς οὕτω καὶ
περιδόξους * πεποίηκε· τὸν μὲν * πεποίηκεν τ.
Ἄβελ διὰ θυσίας δοξάσας, τὸν δὲ
Ἐνὼχ * δι' εὐαρεστήσεως τῇ με- * διὰ τ.
ταθέσει τιμήσας· διὰ δικαιοσύνης,
* σπινθῆρα τοῦ γένους τὸν Νῶε φυλά- * σπινθῆρα τοῦ Νῶε τ.
ξας· τὸν Ἀβραὰμ, διὰ πίστεως
πατέρα πολλῶν ἐθνῶν ἀναδείξας·
τὴν εὐσεβῆ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερω-
σύνην ἀποδεξάμενος· ὑπομονῆς
τε καὶ σωφροσύνης τὸν Ἰωσὴφ εἰκόνα
τῷ βίῳ, καὶ τὸν Ἰὼβ παρασχόμενος·
τὸν Μωσέα νομοθέτην ἀναδείξας·
σελήνῃ καὶ ἡλίῳ ἡνίοχον Ἰησοῦν
τὸν τοῦ Ναυῆ καταστήσας· προφήτην,
καὶ βασιλέα, καὶ φρικτοῦ μυστηρίου
πρόγονον τὸν Δαυὶδ ἀποδείξας· τῆς
Βαβυλωνίας καμίνου τὴν φλόγα τοῖς
παισὶν εἰς δρόσον μεταποιήσας.

Πρὸς τούτοις, ἠπορεῖτο πλέον
ἐκεῖνα διανοούμενος, τὸν τόκον τὸν
ἄσπορον, τὴν παρθένον αὐτὴν καὶ
μητέρα· ὅπως τε Θεὸς λόγος ὢν,
ἄνθρωπος ἀτρέπτως ἐγένετο· καὶ
ὅπως διὰ σταυροῦ τὸν ᾅδην * σκυ- * σκυλεύσαντα τ.
λεύσας, τὸν ἀπατεῶνά τε ὄφιν κατ-
ήργησε, καὶ τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸν παρά-
δεισον αὖθις ἐπανήγαγε.

Digitized by Google

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰς νοῦν βαλλόμενος ὁ Κυριακὸς, διεθερμαίνετο τὴν καρδίαν θείῳ ζήλῳ, καί τις αὐτὸν ἔννοια εἰσῄει, βίῳ καὶ τοῖς ἐν βίῳ χαίρειν εἰπόντα, ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἀφικέσθαι πόλιν, καὶ ἁγίως ἐν ἁγίῳ βιῶσαι τόπῳ, τῇ ἡσυχίᾳ προσκείμενον. κατά τινα γοῦν ποτε κυριακὴν, τῆς θείας ἐν
„ τῷ εὐαγγελίῳ φωνῆς ἀκούσας· εἴ
„ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρ-
„ νησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σαυ-
„ ρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι·
* ἔδωκεν 2. οὐκ * ἔδωκέ τινι τὸ πρᾶγμα μελλήσει, οὐδὲ βραχὺν ἐπέσχε χρόνον, ἢ διεσκέψατο· ἀλλ' εἰς ἔργον εὐθὺς τὴν γνώμην προῆγε· καὶ τῆς ἐκκλησίας σιγῇ ὡς εἶχεν ὑπεξελθὼν, εἰς Κεγχρεὰς ἀφικνεῖται· καὶ πλοίου ἐνταῦθα εἰς Παλαιστίνην καταίροντος ἐπιβὰς, πρὸς Ἱεροσόλυμα σπουδῇ παραγίνεται, ὀκτωκαιδέκατον ἤδη γεγονὼς ἔτος, ἐνάτῳ μὲν δὴ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ μεγάλου ἐνιαυτῷ, ὀγδόῳ δὲ Ἀναστασίου τῆς Ἱεροσολύμων ἱεραρχίας.

Hæc & ſimilia mente agitans Cyriacus, divino zelo in corde inflammabatur, eique veniebat in mentem, mundo & iis quæ in mundo ſunt valere juſſis, in ſanctam ſe conferre civitatem, & ſanctè in ſancto loco & in ſeceſſu degere. Quodam itaque die Dominico, cùm divinam in Evangelio vocem audiiſſet: *Si quis vult poſt me venire,* Matt. 16. 24. *[abneget ſemetipſum, &] tollat crucem ſuam, & ſequatur me:* rem minimè diſtulit, ac ne brevi quidem tempore moratus, aut deliberans, ſuum ſtatim propoſitum ad effectum perduxit. Itaque ex Eccleſia ut potuit clam ſe ſubducens, venit Cenchreas: & conſcenſa ibi nave quæ in Palæſtinam ſolvebatur, celeriter Jeroſolymam venit, *Venit Jeroſolymam 18. annos natus, anno 465.* jam decem & octo annos natus, nono quidem Imperii Leonis Magni anno, [a] Pontificatûs autem Anaſtaſii Jeroſolymorum Epiſcopi, octavo.

[a] Hinc liquet Anaſtaſium ordinatum fuiſſe Jeroſolymorum Epiſcopum, anno 458. Id verò contigiſſe initio menſis Julii, habet Vita S. Euthymii à Cyrillo conſcripta, in qua legitur, anno 83. vitæ Sancti Euthymii, Juvenalem Jeroſolymorum Archiepiſcopum, cùm annum 44. in Patriarchatu impleſſet, vitam finiviſſe; Anaſtaſium verò in Sedem Jacobi evectum eſſe initio menſis Julii. Ubi pro 83. legendum eſſe 81. ſuadetur ex eo quòd ſive cum Baronio Juvenalem obiiſſe dicamus anno 457. ex quodam loco Vitæ Sancti Sabæ, quæ habetur apud Surium 5. Dec. ubi dicitur Juvenalem eodem anno, quo Marcianus Imperator, mortuum eſſe, qui Marcianus anno 457. è vita exceſſit; ſive Bollandum ſequamur, qui in Vita Sancti Euthymii die 20 Januarii, hæc verba rejicit, aitque non inveniri in antiqua Vita per Cyrillum deſcripta: utrumvis, inquam, teneamus, cùm certum ſit annum vitæ Euthymii 81. complecti finem anni 457. & initium anni 458. uſque ad Auguſtum menſem, clarum eſt ab om-

Digitized by Google

Suſcipitur ab Euſtorgio.

Cùm illinc ergo in ſanctam civitatem veniſſet, apud magnum Euſtorgium diverſatur; virum, qui & alioqui amator virtutis erat, & Spiritûs donis ſplendebat: ille autem ut revera philoſtorgus (id eſt, amans) Pater, magno eum, ut par erat, excipit affectu. Cyriacus verò, cùm apud inſigne Monaſterium, jam ab illo prope ſanctam civitatem Sion conſtructum, hyemaſſet, majoris ſeceſſûs deſiderio premitur; utque ipſam nanciſceretur ſolitudinem, illicque conſideret, omne ponebat ſtudium.

Cùm de divino itaque Euthymio ab omnibus ferè doceretur, (eum enim virtus ubique indicabat) vehementer capiebatur amore ejus conveniendi: itaque magnum Euſtorgium obnixè rogat, ut ejus dignatus precibus cum pace dimitteretur.

Proficiſcitur ad Lauram S. Euthymii.

Quod cùm nactus fuiſſet, ad Lauram mirabilis Euthymii accedens, hoſpitio excipitur à quodam Anatolio Preſbytero, & Olympio Monacho, fratribus quidem genere, patriâ autem Corinthiis: cúmque multos dies

Ἐκεῖθεν τοίνυν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν ἐλθὼν, παρὰ τῷ μεγάλῳ Εὐσοργίῳ κατάγεται, ἀνδρὶ, φίλῳ τε ἀρετῆς ἄλλως, καὶ τοῖς τοῦ πνεύματος χαρίσμασι διαλάμποντι· ὁ δὲ οἷα φιλόσοργος τῷ ὄντι [πατὴρ], πολλῇ τοῦτον ὥσπερ εἰκὸς δεξιοῦται τῇ διαθέσει· καὶ πρὸς τῷ [1.]
ὑπ᾽ ἐκείνου ἤδη συστάντι πλησίον τῆς ἁγίας πόλεως Σιὼν περιφανεῖ μοναστηρίῳ, παραχειμάσαντα τὸν Κυριακὸν, πλείονος ἡσυχίας πόθος αἱρεῖ· καὶ ὥστε τὴν ἔρημον αὐτὴν καταλαβεῖν καὶ τῇδε οἰκῆσαι, σπουδὴν ἐτίθετο πᾶσαν.

Τὰ κατὰ τὸν θεῖον τοιγαροῦν Εὐθύμιον παρὰ πάντων σχεδὸν διδασκόμενος, (ἡ ἀρετὴ γὰρ αὐτὸν ἐμήνυε πανταχοῦ) ἔρωτι δεινῷ τῆς τοῦ ἀνδρὸς συντυχίας ἡλίσκετο· καὶ δεῖται ὡς δυνατὸν τοῦ μεγάλου Εὐσοργίου, εὐχῆς ἀξιωθέντα τῆς παρ᾽ αὐτοῦ μετ᾽ εἰρήνης ἀπολυθῆναι.

Τούτου δὴ ἄρα γενομένου, τῇ τοῦ θαυμαστοῦ Εὐθυμίου Λαύρᾳ διαβαλὼν, Ἀνατολίῳ τινὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ Ὀλυμπίῳ μοναχῷ, ἀδελφοῖς μὲν τὸ γένος, Κορινθίοις δὲ τὴν πατρίδα, ξενίζεται· καὶ συ-

nibus legendum eſſe 81. Similiter pro 44. legendum eſſe 40. volunt Bollandi Continuatores tom. 3. Maii pag. XXIII. n. 102. Certè non ante menſem Septembrem, vel Octobrem anni 417. collocari poſſe initium Juvenalis, conſtat ex epiſtola Zoſimi Papæ, qui hoc eodem anno 417. 19. Auguſti, ſummus Pontifex creatus eſt, in qua epiſtola, data XI. Kal. Oct. ait ſe accepiſſe epiſtolam Jeroſolymitani Epiſcopi Praylii, qui ante Juvenalem Sedem Jeroſolymitanam tenuit.

Digitized by Google

γὰς παρ' αὐτοῖς ἡμέρας διαγαγὼν, εἶτα καὶ τὸν μέγαν Εὐθύμιον ἐθεάσατο, καὶ αἱ μακάριαι χεῖρες ἐκεῖναι, τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ ἥψαντο κεφαλῆς· ὁμοῦ μὲν, τὸ μοναχικὸν ἔνδυμα περιβαλλόμεναι * τοῦτον· ὁμοῦ δὲ, καὶ δαψιλεστέραν ἐπ' αὐτὸν καλοῦσαι τοῦ πνεύματος τὴν ἐνέργειαν.

* vide n. 1.

Μεῖναι μέν τοι ὅμως ὁ Εὐθύμιος τοῦτον ἐνταῦθα οὐκ εἴασε, διὰ τὴν ἡλικίαν· πάνυ γὰρ ἐφυλάττετο τὰς τῶν ἀγενείων καὶ μειρακίων ἐν τῇ οἰκείᾳ λαύρᾳ διατριβάς, ὅπως μὴ σκάνδαλόν τι πρὸς λογισμοὺς ἀτόπους, τῶν ἀδελφῶν τοῖς ὑπολοίποις ὑπάρχοιεν· ἀλλὰ τοῦ μεγάλου ἤδη Θεοκτίστου πρὸς τὸν ποθούμενον ἐκδημήσαντος Ἰησοῦν, αὐτὸς τὸν Κυριακὸν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Γεράσιμον, παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐκπέμπει. τὸ θεῖον τοίνυν γέρας ὡς ἀληθῶς ὁ Γεράσιμος δεξάμενος τὸν Κυριακὸν, καὶ ἡλικίας οὕτως ἔχοντα ἰδὼν, ὑπηρετεῖσθαι ἀπέταξεν αὐτὸν ἐν τῷ κοινοβίῳ. διῆγε μὲν δὴ ὁ θαυμάσιος ἐν αὐτῷ οὕτως, ξύλα τε διακλῶν, καὶ ὕδωρ μετακομίζων, τροφήν τε τοῖς ἀδελφοῖς ἑτοιμάζων, καὶ πρὸς τὰ τοῦ μαγειρείου διακονούμενος. [1.] [ἀλλὰ] καὶ οὕτως ἔχων, καὶ κόποις τηλι-

apud eos degiſſet, deinde etiam Magnum vidit Euthymium, & beatæ illæ manus ſacrum ejus caput tetigerunt: unà & eum monaſtico induentes habitu, unà & in eum uberiorem vocantes ſpiritûs operationem.

A quo monaſticum induitur habitum.

Eum tamen hoc in loco manere non ſivit Euthymius, propter ætatem: valde enim cavebat imberbium & adoleſcentum in ſua Laura converſationes, ne ad turpes cogitationes reliquis Fratribus offendiculo eſſent. Sed cùm magnus jam Theoctiſtus, ad Jeſum, quem deſiderabat, [a] exceſſiſſet, ipſe Cyriacum ad Sanctum Geraſimum juxta Jordanem mittit. Cùm ergo divinum revera munus Cyriacum Geraſimus accepiſſet, & ea illum ætate vidiſſet, Cœnobii miniſteriis ipſum deſtinavit. Sic autem in eo admirabilis ille degebat, ligna findens, aquam comportans, alimenta Fratribus parans, & coquinæ officiis inſerviens. Sed quamvis ita ſe haberet, & in tantis laboribus & fatigationibus totum diem tranſigeret, in

Theoctiſtus vitâ excedit. 466.

Cyriacus ad Geraſimum mittitur.

[a] Theoctiſtus migravit ad Dominum anno vitæ S. Euthymii 90. (ineunte) die 3. Sept. initio 5. Indictionis. Ut habetur in Vita S. Euthymii, nempe anno Chriſti 466.

divinis colloquiis & oratione pernoctabat; ferventiùſque rurſus & acriùs poſt opus manuum ſacros hymnos incipiebat: & ut paucis dicam, vitam anachoreticam, in Cœnobio & tam multis negotiis, per omnia exhibebat, pane ſolùm & aqua, idque ſecundo quoque die altus.

κόποις καὶ καμάτοις διημερεύων, ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλίᾳ καὶ τῇ δεήσει, τὰς νύκτας ἀνήλισκε, καὶ θερμότερον μᾶλλον καὶ ἀκμαιότερον μετὰ τὸ τῆς χειρὸς ἔργον, τῶν ἱερῶν ὕμνων ἀπήρχετο· καὶ συνελόντα φάναι, τὴν τῶν ἀναχωρητῶν πολιτείαν, ἐν κοινοβίῳ καὶ πράγμασι τοσούτοις, ἐπεδείκνυτο διὰ πάντων, ἄρτῳ καὶ ὕδατι μόνοις, καὶ ταῦτα παρὰ δύο ἡμέρας τρεφόμενος.

His inductus eſt Geraſimus, ut eum valde diligeret, & ſic vitâ delectabatur adoleſcentis, deque illius moribus, & amore in res ſpirituales, adeo ipſi compertum erat, ut in diebus jejuniorum eum in Rubæ ſolitudinem aſſumeret, illicque ſocium laborum, & ſpiritualis aſcenſûs, haberet.

Ἐκ τούτων ὑπερφιλῆσαί τε αὐτὸν ὁ Γεράσιμος προήχθη, καὶ οὕτω τῇ τοῦ νεωτέρου ἥδετο πολιτείᾳ, καὶ τοιαύτην ἐπὶ τοῖς ἐκείνου τρόποις καὶ τῷ περὶ τὰ πνευματικὰ ἔρωτι τὴν πληροφορίαν εἰλήφει, ὡς καὶ παραλαμβάνειν αὐτὸν ἐν ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις εἰς τὴν ἔρημον τοῦ Ρυβᾶ, καὶ κοινωνὸν ἔχειν τῶν ἐκεῖ καμάτων καὶ τῆς πνευματικῆς ἀναβάσεως.

Hîc etiam mirabilis Euthymius verſari dicebatur, & ſingulis Dominicis divina illis Sacramenta impertire, donec dies Palmarum advenisset.

Ἐνταῦθα καὶ ὁ θαυμαστὸς Εὐθύμιος διατρίβειν ἐλέγετο, καὶ μεταδιδόναι τῶν θείων αὐτοῖς μυστηρίων κυριακῆς ἑκάστης, ἕως ἡ τῶν Βαΐων ἀφίκοιτο.

Moritur Euthymius.

Interim brevi elapſo tempore, pulcro itinere ad Deum abiit Magnus [a] Euthymius,

Βραχέος δὲ ὑπορρεύσαντος μεταξὺ χρόνου, ἄπεισι μὲν τὴν καλὴν πρὸς τὸν Θεὸν πορείαν ὁ μέγας Εὐθύμιος· ὁρᾷ δὲ τὴν ἱερὰν

[a] Beatus Euthymius ex hac vita migravit Indict. XI. nocte Sabbati, die 20. Janu. anno 473 (ex ipſius Vita à Cyrillo conſcripta) cùm vixiſſet annos 95. cum 5. inſuper menſibus. Natus quippe eſt IV. Gratiani Conſulatu, (hoc eſt anno 377.) circa menſem Auguſtum, ut initio ejuſdem Vitæ habetur, ac poſt V. Idus Aug. nam hac die, qua certum eſt Valentem Imperatorem inceuſum

ἐκείνου ψυχὴν ὁ Γεράσιμος, ὑπὸ ἀγγέλων προπεμπομένην, καὶ λαμπρῶς εἰς οὐρανοὺς ἀνιοῦσαν, ὅθεν ἐκέκλητο. αὐτίκα τοίνυν παραλαβὼν τὸν Κυριακὸν, ἄνεισί τε εἰς τὴν αὐτοῦ λαύραν, καὶ * τὸ ἅγιον τούτου σῶμα χερσὶ ποθούσαις, αἰδοῖ τῇ προσηκούσῃ θάπτει, καὶ ὅσα νόμος ἐνταῦθα τελέσας, ἀναστρέφει πάλιν.

* τῷ ἁγίῳ τὸ minùs bene.

cujus ſacram animam Geraſimus videt ab Angelis deduci, & ſplendidè ad cælos unde vocatus fuerat, aſcendere. Statim igitur aſſumto Cyriaco, aſcendit in ejus Lauram, & ſanctum ejus corpus gratis manibus, cum ea, quâ par eſt, reverentia ſepelit, omnibuſque ex more peractis, iterum revertitur.

Ἐνάτῳ δὲ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τοῦ Κυριακοῦ παρουσίας ἔτει, καὶ ὁ θαυμαστὸς Γεράσιμος τελευτᾷ, καὶ τὴν πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην, καὶ αὐτὸς ἐστείλατο ἐκδημίαν, πέμπτῃ Μαρτίου μηνὸς ἱσταμένου. ἑβδόμου δὲ καὶ εἰκοστοῦ ὁ Κυριακὸς, ἥπτετο ἤδη. καὶ ἀναχωρήσας ἐκεῖθεν, εἰς τὴν τοῦ Εὐθυμίου λαύραν ἀφίκετο· εἰσδεχθεὶς μέν τοι ὑπὸ Ἠλιοῦ· αὐτὸς γὰρ τηνικάδε αὐτῆς προηγεῖτο, κελλίον τε παρ' αὐτοῦ εἰλήφει, καὶ τῆς ποθουμένης ἀφθόνως ἀπέλαυεν ἡσυχίας· θερμοτάτην εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν, ὥστε τὴν

Nono autem Cyriaci in Palæſtinam adventûs anno, mirabilis quoque Geraſimus vitam finivit, & ad communem Dominum æquè migravit, quinto menſis Martii. Septimum autem & vigeſimum annum Cyriacus jam attigerat; inde itaque recedens, venit in Euthymii Lauram, ſuſceptuſque eſt ab [a] Elia, (is enim tunc temporis eidem præerat, cellulâque ab ipſo acceptâ, optata quiete abundè fruebatur) vehementiſſimo incenſus ſtudio, ut

Moritur Geraſimus anno 474. 5. Mart. Cyriaci 27. jam inchoato.

Cyriacus venit in Euthymii Lauram.

Suſcipitur ab Elia.

eſſe anno ſequenti, nempe 378. nondum elapſus erat 1. annus ab Euthymii ortu, ut ibidem aſſeritur. Non igitur ante menſem Maium, ut exiſtimavit eruditus Vir Daniel Papebrochius tom. 3. Maii pag. xxII. n. 98. propterea quòd in ejuſdem Vita legerit, anno vitæ Euthymii 52. Juvenalem Patriarcham, 7. Maii, Indict. xI. (quæ anno Chriſti 428. convenit) Lauræ ipſius Eccleſiam dedicaſſe. Verùm in textu Græco non ſimpliciter habetur, *anno 52.* ſed, *circa annum 52.* κατὰ τὸν πεντηκοστὸν δεύτερον, &c. Ex alio certè ejuſdem Vitæ S. Euthymii loco ſup. p. 40. veriùs concludere poſſumus S. Euthymium, non modò poſt menſem Maium, verùm etiam poſt menſem Junium natum fuiſſe. Ait enim idem Cyrillus, anno 54. vitæ Euthymii, τῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ, Epheſi primam œcumenicam Synodum celebratam eſſe; (quæ cœpta eſt 22. Junii ann. 431.) Nondum igitur cœptus erat annus 55.

[a] Elias à beato Euthymio moriente ſuæ Lauræ præficitur. Ex ejuſdem Euthymii Vita.

Laura in [a] Cœnobium mutaretur.

Erat autem in ea quidam Thomas, qui pro virtute labores lubentiſſimè ſuſcipiebat, & maximam animi philoſophiam exhibebat. Huic Cyriacus vinculo ſpiritûs conjunctus eſt, ejuſque inſtitutum & mores ſectatus, ad perfectiorem virtutem ſe exercebat, illiuſque vitam æmulabatur, & ad ejus imitationem ſe comparabat.

Hic ergo Thomas, Alexandriam à Phido Diacono miſſus eſt, ut neceſſaria ad Cœnobii conſtructionem emeret. Patrum namque Euthymii & Theoctiſti Monaſteria, id temporis, penes ſolum nomen diverſa eſſe agnoſcebantur: commune namque habebant inſtitutum, communemque vitæ rationem ſectabantur, & ab uno eodemque Paſtore regebantur & adminiſtrabantur [b], [ut Ma-

λαύραν εἰς κοινόβιον μετασκευασθῆναι.

Ἦν δέ τις ἐν αὐτῇ Θωμᾶς, ἥδιστα τοὺς ὑπὲρ * ἀρετῆς ἀσπαζόμενος πόνους, καὶ πολλὴν ὅσην τῆς ψυχῆς ἐπιδεικνύμενος τὴν φιλοσοφίαν. τούτῳ συνήφθη τε ὁ Κυριακὸς τὸν τοῦ πνεύματος σύνδεσμον, καὶ τῇ αὐτοῦ ἀγωγῇ καὶ τοῖς τρόποις ἑπόμενος, εἰς τελεωτέραν ἀρετὴν ἐγυμνάζετο, καὶ τὸν ἐκείνου βίον ἐζήλου, καὶ πρὸς τὴν ὁμοίαν παρεσκευάζετο μίμησιν.

* αὐτῆς

Οὗτος ἄρα ὁ Θωμᾶς, καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ Φείδου κατεπέμφθη τοῦ διακόνου, ἐφ᾽ ᾧ πρὸς τὴν τοῦ κοινοβίου οἰκοδομὴν ὠνήσαιτο ἀναλώματα· τὰ γὰρ τῶν πατέρων Εὐθυμίου καὶ Θεοκτίστου μοναστήρια, περὶ τὴν τῶν ὀνομάτων μόνων τηνικαῦτα διαίρεσιν ἐγνωρίζετο· κοινὴν τὴν ἀγωγὴν ἔχοντα καὶ τὸν βίον· καὶ ὑφ᾽ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ποιμένι οἰκονομούμενά τε καὶ ποιμαινόμενα, τοῦ μεγάλου τούτου

a Beatus Euthymius jam moriturus, Eliæ ſibi in Lauræ præfecturam ſucceſſuro ſignificaverat voluntatem Dei eſſe, ut Laura in Cœnobium mutaretur: idque brevi poſt tempore futurum. Ex ejuſdem Vita.

b Theoctiſto defuncto anno 466. Euthymius Pater, (ut in ejus Vita legitur, ipſius Lauræ ſuffecit Marim Therebonis avunculum, quo poſt duos annos demortuo, in ejus locum Euthymius Longinum Præfectum conſtituit anno 468. In fine autem ejuſdem Vitæ, Euthymius vitâ excedens anno 473. (quo Longinus in Theoctiſti Laura quintum agebat præfecturæ annum) Lauræ ſuæ Eliam præficit, qui Cyriacum excepit ſupra pag. 107. Itaque eodem tempore, Longinus Lauræ beati Theoctiſti, Elias Lauræ Sancti Euthymii præerat. Ab uno itaque & eodem hîc regi & adminiſtrari dicuntur, (ut videtur) Euthymii & Theoctiſti Monaſteria, quòd una mente, unanimique conſenſu adminiſtrarentur. Simile quidquam legitur in Vita Sancti Benedicti Biſcopi Abbatis Vvіremuthenſis primi, tomo 2 Act. SS. Ord. S. Bened. p. 1005. n. 7. & ſeqq.

Digitized by Google

Εὐθυμίου τοῖς μετ' αὐτὸν ἐντειλάμενος. ἀλλ' εἶχε μὲν ἤδη καὶ τὸν θεῖον Θωμᾶν, ἡ ἐκεῖθεν ἀΐδιος κατοικία· τὸν ἐνταῦθα διανύσαντα βίον· καὶ τῷ τῶν δικαίων καὶ αὐτὸν χορῷ συνηρίθμητο.

Δώδεκα δὲ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν παρεληλυθότων ἐνιαυτῶν, Λογγῖνος ὁ τῆς Θεοκτίστου μονῆς ἀφηγούμενος, τελευτᾷ καὶ αὐτὸς τὸν βίον. καὶ Παύλου τὴν τῆς μονῆς προστασίαν ἐκδεξαμένου, Τερέβων ὁ Ἀγαρηνός, ὃς ταῖς ἱεραῖς πάλαι τοῦ Εὐθυμίου χερσὶν ἐβαπτίσατο, πρὸς τῇ τελευτῇ καὶ αὐτὸς ὤν, πολλήν τινα τοῖν μοναστηρίοιν ἀμφοῖν οὐσίαν καταλελοίπει.

Τοῦ Παύλου δὲ ἀδικώτερόν τε περὶ τὰ χρήματα, καὶ ἀνομώτερον περὶ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς προσενεχθέντος, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ Τερέβωνος νεκρὸν μετὰ τῶν χρημάτων ἀφελομένου, στάσις μεταξὺ τῶν μοναστηρίων ἐγείρεται· καὶ τῇ στάσει, καὶ διαίρεσις ἐπακολουθεῖ· ὡς ἀποτειχίσαι τε τὸν Παῦλον τὰ προστεθέντα τῇ τοῦ Εὐθυμίου λαύρᾳ χωρία, καὶ φραγμὸν αὐτοῖς περιβαλεῖν, καὶ πύργον ἐποικοδομῆσαι. ἀλλὰ μὴν καὶ πανδοχεῖον ἀπὸ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας πλησίον τοῦ Δαυιδείου πύργου

gnus Euthymius ſucceſſoribus ſuis juſſerat.] Sed & divinus Thomas, [cùm præſentem expleſſet vitam,] in æterno habitaculo receptus, & juſtorum cœtui adnumeratus fuerat.

Thomas vitam explet anno 474. forte uno aut altero menſe poſt obitum Geraſimi.

Duodecim autem poſt ejus deceſſum advenientibus annis, Longinus etiam, Monaſterii Theoctiſti Præfectus, vitâ functus eſt. Cui cùm Paulus in Monaſterii præfecturam ſucceſſiſſet, Terebon Agarenus, qui ſacris olim Euthymii manibus baptizatus fuerat, cùm eſſet ipſe quoque jam morti vicinus magnas ambobus Monaſteriis reliquerat facultates.

Longinus moritur exeunte 484. poſt Thomæ exceſſum, anno ferè 12 adventante, hoc eſt, currente adhuc 11. Vide in fine.

Cui ſuccedit Paulus eodem anno.

Terebon Agarenus eodem anno magnas ambobus Monaſteriis reliquit facultates.

Cùm autem Paulus in tractandis pecuniis injuſtiùs eſſet verſatus, & in exequendis mandatis ſe geſſiſſet iniquiùs, ipſumque Terebonis corpus cum pecuniis abſtuliſſet, ſeditio inter Monaſteria excitatur, & ſeditionem etiam diviſio conſequitur: adeo ut Paulus prædia quæ Euthymii Lauræ adjecta fuerant, muro cinxerit, vallum ipſis circumjecerit, & turrim ſuperſtruxerit: quin etiam diverſorium publicum à Laura Sucæ emerit prope turrem Davidicam,

Hic nempe Benedictus eodem tempore Vvirenſi Monaſterio Sancti Petri Eaſtervvinum, Girvvienſi Sancti Pauli Ceolfridum Abbates conſtituit, *ea duntaxat ratione, ut una utriuſque loci pax & concordia, eadem perpetua familiaritas conſervaretur & gratia.* Non deſunt etiam alia exempla, quibus idem comprobari poteſt.

Digitized by Google

& id etiam Euthymii Lauræ adtribuerit.

Cyriacus in Lauram Sucæ ſe contulit, anno 484. exeunte.

Beatus ergo Cyriacus, Fratrum diviſione offenſus, quòd quos Sol inſimul ſemper videt; amor, non virtutis, neque ſolitudinis, ſed pecuniæ disjunxiſſet; illinc recedit, & in Sucæ Lauram venit. Cúmque longo tempore in ea eſſet verſatus, & quatuor his miniſteriis, nempe panis ac reliqui Fratrum victûs curâ; infirmorum curatione; hoſpitum exceptione; Lauræ adminiſtratione, diverſis annis * eſſet perfunctus: & Fratrum omnium conſcientias ſuæ patientiæ teſtes inveniſſet, atque humilitatis, necnon reliquæ perfectionis quam divini Canones à Sacerdotibus exigunt, quadrageſimo ætatis anno ad Preſbyteratûs honorem provehitur. Sacrorum autem vaſorum cuſtodia, & Eccleſiæ cura, decem & octo annos fidei ejus credita eſt.

** Nempe incompletis videlicet ab exeunte 484. ad inchoatum 488.*

Sacrorum vaſorum cuſtodia ipſi traditur per 18. ann. ab an. 506. ad 524.

Hæc quoque de Cyriaco dicuntur: quòd tot annorum ſpatio, non modò Sol non occiderit ſuper ejus iracundiam, ſed ne minimè omnium irâ commotus fuerit, neque eum viderit dies comedentem: quódque divinorum

ὠνήσασθαι, καὶ τῇ τοῦ Εὐθυμίου καὶ αὐτὸ ἀπονεῖμαι.

Ὁ τοίνυν μακάριος Κυριακὸς ἐπὶ τῇ διαιρέσει τῶν ἀδελφῶν προσοχθίσας, ὅπως οὓς ἐν * τῷ αὐτῷ ἥλιος εἰς ἀεὶ ἑώρα· ἔρως οὐκ ἀρετῆς οὐδὲ ἡσυχίας, ἀλλὰ χρημάτων ἀπ διέστησεν, ἀναχωρεῖ τε ἐκεῖθεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σουκᾶ παραγίνεται. συχνὸν τοίνυν ἐν αὐτῇ διατρίψας χρόνον, καὶ τέσσαρας ταύτας διακονίας, τὴν τῶν ἄρτων καὶ τῆς λοιπῆς διαίτης τῶν ἀδελφῶν πρόνοιαν, [τὴν τῶν νοσούντων ἐπιμέλειαν,] τὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων, τὴν τῆς λαύρας οἰκονομίαν ἐν διαφόροις ἔτεσι διατελέσας· καὶ τὰς τῶν ἀδελφῶν ἁπάντων συνειδήσεις, μάρτυρας τῆς οἰκείας ὑπομονῆς καὶ τῆς ταπεινώσεως εὑρηκώς, τῆς τε ἄλλης ἀκριβείας ἣν οἱ θεῖοι κανόνες τοὺς ἱερεῖς ἀπαιτοῦσιν, ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ τῆς ἡλικίας, εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἀνάγεται. τήν γε μὴν τῶν κειμηλίων τῶν ἱερῶν φυλακήν, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν, ἐπὶ δέκα πρὸς τοῖς ὀκτὼ ἔτεσιν ἐπιστεύθη.

* τωτῷ ι.

[1.]

Λέγεται μέν τοι περὶ Κυριακοῦ καὶ ταῦτα· ὡς παρ᾽ ὅλους τοὺς τοσούτους χρόνους, οὐ μόνον * οὐκ ἐπέδυσεν ὁ ἥλιος τῷ ἐκείνου παροργισμῷ, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὅλως ὀργισθείη, οὐδὲ ἐσθίοντα τοῦτον ἡ ἡμέρα ἴδοι· καὶ ὡς οὐ πρότερόν ποτε τὸν καιρὸν τοῖς ἀδελφοῖς τῶν

* ἐδύ ν.

θείων ὕμνων σημαίνων, τοῦ κρούματος παύσαιτο, ἕως ὅλον τῇ καθαρᾷ καὶ ἀμώμῳ γλώσσῃ διέλθοι τὸν ἄμωμον.

Ἑβδόμῳ μὲν τοι πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, τὰ κειμήλια ὧν τὴν φυλακὴν πεπίστευτο παραδοὺς, ὁ μὲν, ἐπὶ τὴν τοῦ Νατουφᾶ ἔρημον ἀναχωρεῖ· τῷ δὲ, ἅμα καὶ μαθητὴς εἵπετο. ἀπορούμενοι τοίνυν τροφῆς, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅθεν τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην
[1.] παραμυθήσονται· οὐδὲ γὰρ [οὐδὲ] μελάγρια κατὰ τὴν ἔρημον πεφύκει· ταῦτα γὰρ ἱκανὴ τούτοις ἑστίασις ἦν, εὔχεται ὁ θεῖος Κυριακὸς τῷ Θεῷ, τροφὴν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐνταῦθα
* σκιλλῶν l. δοῦναι * σκιλλαῶν· δαψιλὰς γὰρ τούτων ἡ ἔρημος καὶ ἀφθόνως εἶχε. καὶ πρὸς τὸν μαθητὴν ἐπιστραφεὶς, συνάγαγέ φησι τέκνον ἐκ τουτωνὶ
* σκιλλῶν l. τῶν * σκιλλαῶν, καὶ ἅλας ἐπιβαλὼν αὐταῖς, ἐν χύτρᾳ ἕψησον· καὶ, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔσται καὶ ἡμῖν ἐξ αὐτῶν χορτασθῆναι.

Ταῦτα ὁ μὲν τῷ μαθητῇ ἐπισκήπτει. Θεὸς δὲ τῆς εὐχῆς ἄνωθεν ἐπήκοος ἦν, ὁ καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας πηγάσας, καὶ τὴν πολλὴν ἐκείνην
* Μεῤῥᾶς l. τῆς * Μέῤῥας πικρίαν, εἰς ἀνάλογον ἀμείψας γλυκύτητα. αἵ τε γὰρ σκίλλαι, τῆς ἐμφύτου καὶ αὗται πικρίας μετέβαλον, καὶ εἰς τέσσαρας ἐξ ἐκείνου χρόνους τροφὴ τοῖς μακα-
* ἐγίνοντο l. » ρίοις * ἐγένοντο. ἀλλ', οὐκ ἐγκατα-
» λείψει κύριος τοὺς ὁσίους αὐτοῦ,

hymnorum tempus Fratribu ſignificans, non priùs umquam à pulſatione ceſſaverit quin purâ & immaculatâ linguâ totum immaculatum, (id eſt Pſalmum, *Beati immaculati in via*, percurriſſet. Pſal. 118.

* Septimo autem & ſeptuageſimo ætatis ſuæ anno, traditâ ſacra ſuppellectile, cujus cuſtodia ſibi credita fuerat, ad eremum Natupha ſecedit, ſequente diſcipulo. Cùm itaque cibo deſtituti eſſent, nec haberent unde naturæ neceſſitatem ſolarentur; (in illa quippe eremo ne melagria quidem naſcebantur, quæ certè eis ad convivium ſuffeciſſent;) Deum rogat divinus Cyriacus, ut cibum ipſis ex illic extantibus ſcillis, impertiret; iis enim abundabat illa ſolitudo. Converſuſque ad diſcipulum, Collige, inquit, fili, ex his ſcillis, & ſalem illis aſpergens, coque in olla: &, Benedictus Deus, quoniam ex illis nobis veſci licebit.

* *Cyriacus manſit in Laura Suca 39. ann. infrà, hoc eſt, ab exeunte 434. ad 524. inchoatum vitæ 76. expletum, & incoeptum 77.*

In Natupha manſit 5. ann.

Hæc ille quidem diſcipulo mandat. Deus autem cælitus preces audivit, qui & aquam ex petra ſcaturire fecit, & Exod. 17. 6. maximam illam Maræ amaritudinem, in congruam dulcedinem commutavit. Exod. 15. 25. Scillæ namque innatam amaritudinem depoſuere, & exinde per quadriennium beatis illis in cibo fuere. Sed illud, *Non derelinquet Dominus ſanctos* Pſal. 36. 28.

Digitized by Google

ſuos, opportunè à ſacro Davide, hîc dicetur. Vir enim quidam ex vico Thecoorum, cùm ex iis, qui in eremo pecora paſcebant, de Cyriaco audiviſſet, panibus calidis aſino impoſitis accedit, & onere apud eum depoſito, abiit, hiſque in reliquum Cyriacus cum diſcipulo vitam traduxit. Tuncque diſcipulus, coctis de more ſcillis, non juſſus à beato Cyriaco eas in cœnam appoſuit. Deinde cùm earum non ferret amaritudinem, unà cum voce vires ejus extinctæ ſunt, & tamquam mortuus jacebat. Cùm itaque divinus Cyriacus infortunii cauſam intellexiſſet, & manus ad orandum pro diſcipulo ſuſtuliſſet, ipſum erexit; divinaque illi impertiens Sacramenta, ſanum protinus reddidit, & benignè à timore recreavit.

Poſt paulò autem deficientibus panibus, graviſſima rurſus fame premebantur. Beatus autem ille diſcipulum iterum ex ſcillis cœnam parare jubet. Ille verò cùm cibum paratum appoſuiſſet, eo tamen uti verebatur. Venerat enim ei in mentem præcedens amaritudo, & quemadmodum cùm comediſſet, non modò vox, verùm etiam motus eum defeciſſet. Cyriacus

εὐκαίρως τῷ ἱερῷ Δαυὶδ ἐνταῦθα εἰρήσεται. ἀνὴρ γάρ τις ἀπὸ τῆς κώμης * Θεκωαῶν, παρὰ τῶν ἐν τῇ * Θεκώων 1. ἐρήμῳ θρέμματα νεμόντων πυθόμενος τὰ κατὰ τὸν Κυριακὸν, ἄρτοις θερμοῖς ἐπὶ * τὸν ὄνον ἐνθέ- * τῶν ὄνων 1. μενος ἥκει· καὶ παρ' αὐτῷ καταθεὶς τὸν φόρτον, ἀπιὼν ᾤχετο. καὶ τούτοις ὁ Κυριακὸς τοῦ λοιποῦ σὺν τῷ μαθητῇ διέζη. ἀλλά ποτε μὲν ὁ μαθητὴς τὸν συνήθη τρόπον τὰς σκίλλας ἑψήσας, μὴ ἐπιτραπεὶς αὐτῷ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Κυριακοῦ, ἔθετο δεῖπνον. εἶτα τὴν αὐτῆς πικρίαν οὐκ ἐνεγκόντι, καὶ ἡ δύναμις αὐτῷ μετὰ τῆς φωνῆς ἐσβέσθη, καὶ ὡσεὶ νεκρὸς ἔκειτο. συμβαλὼν τοίνυν ὁ θεῖος Κυριακὸς τῆς συμφορᾶς τὴν αἰτίαν, καὶ χεῖρας εἰς προσευχὴν ὑπὲρ τοῦ μαθητοῦ διάρας, ἀνίστησι τοῦτον· καὶ τῶν θείων αὐτῷ μεταδοὺς μυστηρίων, ὑγιῆ τε ἀποκαθίστησιν αὐτίκα, καὶ τῆς δειλίας ἠπίως ἀναλαμβάνει.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐπιλιπόντων * αὐτοῖς τῶν ἄρτων, [χαλεπωτά- * αὐτῆς 2. τῳ λιμῷ συνείχοντο πάλιν. καὶ [2.] πάλιν] ὁ μακάριος αὖθις τὸν μαθητὴν σκίλλας αὐτοῖς δεῖπνον παρασκευάσαι προτρέπεται. ὁ δὲ τὴν τροφὴν ἐξεργασάμενος, καὶ ταύτην προθεὶς, ὅμως ἐδεδοίκει χρήσασθαι. εἰσῄει γὰρ αὐτὸν ἡ προλαβοῦσα πικρία· καὶ ὅπως φαγόντα, οὐ τὸ φθέγγεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κινεῖσθαι αὐτὸν ἐπέλιπεν.

διαλογίσαντος

εὐλογήσαντος μὲν τοι τοῦ Κυριακοῦ, καὶ τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐπιβαλόντος, εἶτα καὶ ἀψαμένου τῶν προκειμένων καὶ πρώτου φαγόντος, ἀναθαρρήσας καὶ ὁ μαθητὴς, εὐθὺς ἥπτετο· καὶ ἔφαγόν τε ἡδέως καὶ ἱκανῶς ἀνεκτήσαντο.

Πέμπτος δὲ ἐν τῇ Νατουφᾷ τούτῳ διατριβῆς ἠνύετο χρόνος· καί τινος μὲν υἱὸς τῶν ἐν τῇ * Θεκωαῖς πονηρῷ συνείχετο πνεύματι·
* Θεκώων 1.
καὶ δυσφόρως εἶχε καὶ χαλεπῶς. τὰ περὶ τοῦ θείου δὲ Κυριακοῦ μαθὼν ἕκαστα ὁ πατὴρ, παρ' αὐτόν τε ἄγει τὸν παῖδα, καὶ θερμῶς ἐδεῖτο, ἀμῦναι τῷ παιδὶ χαλεπῶς κάμνοντι. ὁ δὲ καὶ ἀμφοτέροις οἰκτείρας, τὸν μὲν, τοῦ πάθους, τὸν δὲ τῆς ἐπὶ τῷ παιδὶ λύπης καὶ τῆς ἀπαρακλήτου * βαρυθμίας, εὐχήν τε τῷ νεανίσκῳ ἐπιλέγει, καὶ τῷ [τοῦ] σταυροῦ χρίσας ἐλαίῳ, τῆς πικρᾶς ἐκείνης ἀπαλλάττει μανίας.
* Lege βαρυθυμίας. σκεπτομένας 1. malè. [1.]

Τοῦ θαύματος τοίνυν εἰς πολλοὺς ἤδη διαφοιτήσαντος, μυρίον παρ' αὐτὸν πλῆθος συνέρρεον, τὴν ἡσυχίαν αὐτῷ καὶ τὴν προσευχὴν ἐπικόπτοντες.

Ταῦτα ὁ γενναῖος Κυριακὸς ἐκκλίνων, ἐπὶ τὴν * ἐνδοτέρω τοῦ Ρουβᾶ ἔρημον διαβαίνει. καὶ πέντε παρ' αὐτῇ διαγαγὼν ἔτη, ῥίζας τε μελαγρίων καὶ * ἀκρέμονας καλάμων προσίετο· καὶ ταῦτα ὄψον τε ἱκανὸν αὐτῷ ἦσαν, καὶ οὐδὲν εἰς ἡ-
* ἐνδοτέρω 1.
* ἀκρεμόνας 2.

autem data benedictione, ſignoque crucis efformato, ex appoſitis ſumſit, & prior comedit; [diſcipulus verò reſumtâ fiduciâ ex cibo accepit,] amboque jucundè comederunt, & abunde refecti ſunt.

Quintus jam explebatur annus, ex quo in Natupha iſto verſabatur: & cujuſdam filius ex vico Thecoorum maligno ſpiritu correptus tenebatur, graviterque ac moleſtè agebatur. Cùm autem de divino Cyriaco ſingula didiciſſet pater, filium ad eum adducit, vehementerque rogat ut malè laboranti filio opem ferat. Ille autem utriuſque miſertus, hujus quidem, morbi, illius verò, doloris, & inconſolabilis ſuper filio ægritudinis, preces pro adoleſcentulo adhibet, cruciſque unctum oleo, amarâ illâ liberat inſaniâ.
Ann. 529.
Dæmoniacum ſanat.

Cùm igitur per multos jam pervaſiſſet miraculum, innumerabilis ad eum confluebat multitudo, quietem ejus & orationem interrumpentes.

Hæc vitans præclarus Cyriacus, in interiorem Rubæ ſolitudinem tranſit. Et quinque in ea tranſigens annos, radices melagriorum, & arundinum ſummos ramos in cibos admittebat: eaque amplum illi erant opſonium, ni-
Tranſit in Rubam an. 529. ubi 5. annos manet

Digitized by Google

hil quoad voluptatem divitum menſæ cedens.

Varia curationum ſigna operatur,

Sed divinorum Cyriaci chariſmatum efficacia, hanc quoque ſolitudinem, advenientium multitudine, civitatem efficiebat. Omnes enim quos vel malus vexabat ſpiritus, vel alius premebat morbus, promto & alacri animo, ad virum tamquam ad exploratam ſanationem accurrebant: & nemo illinc revertebatur vacuus. Verùm accedentium multitudinem iterum pertæſus divinus Cyriacus, in eam ſe confert ſolitudinis partem, in qua Anachoretarum nullus neque manſerat, neque pertranſierat aliquando. Nominabatur locus ab accolis Suſacim; in quo & Sucæ & Novæ Lauræ ambo fluvii, eorum quos novimus maximi & profundiſſimi, conjunguntur & confluunt. Feruntur autem ii eſſe de quibus Chriſto dictum eſt à Davide: *Tu ſiccaſti fluvios Etham.* Sed planè inviam hanc ſolitudinem aditu omnino facilem hominibus reddebat quam in eum habebant fides, ſeu potiùs divinarum illius gratiarum copia; quæ & fidem ferventiùs excitabat, & in deſiderium pias inducebat animas. Cùm enim Cyriacus ſeptem illic annos tranſegiſſet, (quando quæ ingruerat [peſtis] omnia circumcirca affligebat, multoſ-

Venit in Suſacim ann. 534. ubi manet 7. ann.

Pſal. 73. 15.

δουλείαν τῆς τῶν πλουσίων τραπέζης ἀπολειπόμενον.

Ἀλλ' ἡ τῶν χαρισμάτων τοῦ Κυριακοῦ τῶν θείων ἐνέργεια, πόλιν καὶ τὴν ἔρημον ταύτην τῷ πλήθει τῶν ἐπιδημούντων ἐποίει. καὶ πάντες οἷς εἴτε πονηρὸν ἐνοχλοίη πνεῦμα, εἴτε νόσος ἑτέρα πιέζοι, πρόθυμοι πρὸς τὸν ἄνδρα ὥσπερ αὖ εἰς ὁμολογουμένην ἴασιν ἔτρεχον· καὶ κενὸς ἐκεῖθεν οὐδεὶς ἐπανήεσαν. δυσχεραίνων δὲ τῷ πλήθει τῶν προσιόντων καὶ αὖθις ὁ θεῖος Κυριακὸς, εἰς τοῦτο τῆς ἐρήμου φοιτᾷ, ἐν ᾧ τῶν ἀναχωρητῶν οὐδεὶς οὔτε μείνας ἦν, οὔτε διεληλυθὼς πώποτε· ὁ τόπος δὲ ἄρα * Συσακὶμ τοῖς ἐγχωρίοις ὠνόμαστο. καὶ ἐν αὐτῷ, ὅ, τε τῆς νέας λαύρας καὶ ὁ τῆς τοῦ Σουκᾶ οἱ ποταμοὶ ἄμφω, συμβάλλουσι, βαθύτατοι ὧν ἴσμεν καὶ μέγιστοι ῥέοντες. καὶ τούτους εἶναι, περὶ ὧν πρὸς τὸν Χριστὸν εἴρηται τῷ Δαυΐδ, σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθὰμ, λέγεται. ἀλλ' εὐχερῆ πάντως ἀνθρώποις καὶ ῥᾳδίαν καὶ τὴν ἄβατον δήπου ταύτην ἔρημον, ἡ περὶ τὸν ἄνδρα πίστις ἐποίει· μᾶλλον δὲ ἡ τῶν ἐκείνου θείων χαρίτων ἀφθονία· ἥτις καὶ τὴν πίστιν θερμότερον ἀνεκίνει, καὶ τὰς εὐσεβεῖς ψυχὰς εἰς πόθον ἐπήγετο. ἑπτὰ γὰρ ἐνταῦθα ἔτη τοῦ Κυριακοῦ διαγαγόντος, ἐπειδὴ λοιμὸς ἐπισκήψας τότε κακῶς τὰ πέριξ πάντα ἐποίει, καὶ

* Συνακὶμ αι

αι

πολλοὺς ἀναιρεῶν οὐκ * ἀνίει, δείσαντες οἱ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας, ἐπιβαίνουσι καὶ τῆς ἀβάτου ταύτης ἐρήμου· καὶ δέονται τοῦ Κυριακοῦ, καὶ τοῦτον ἐκλιπαροῦσι, τῇ λαύρᾳ καὶ αὖθις ἐπιδημῆσαι· ὅπως τοῦτο * γοῦν ἀνυσιμώτατον κατὰ τοῦ λοιμοῦ φάρμακον ἔχοιεν, τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν.

** ἀφίει l.*

** τοῦν l.*

Ἔλεον τοίνυν * αὐτῶν ἡ ἀγαθὴ καὶ φιλάνθρωπος ἐκείνη λαβοῦσα ψυχὴ κάτεισί τε εἰς τὴν λαύραν πάλιν· καὶ πρὸς τῷ τοῦ μακαρίου Χαρίτωνος κελλίῳ πέμπτον διατελέσας ἐνιαυτὸν, ἀνδρειότατα τοὺς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας κατηγωνίζετο. τότε μὲν δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Κύριλλος, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου λαύρας, τῇ τοῦ μακαρίου * Σάβα παραβαλὼν, ἐφ' ᾧ τὸν ἡσυχαστὴν ἐπίσκοπον Ἰωάννην ἴδοι, ὑπηρέτης αὐτῷ γραμμάτων πρὸς τὸν μακάριον τοῦτον Κυριακὸν γίνεται. τὰ δὲ γράμματα τόν τε κατὰ τὴν ἁγίαν πόλιν ἀναρριπισθέντα ἐδήλου πόλεμον, καὶ ἱκέτευον αὐτὸν ἐκτενέστερον τοῦ Θεοῦ δεηθῆναι, ὥστε τοὺς ἐν τῇ νέᾳ λαύρᾳ μετὰ * Νόννου καὶ Λεοντίου τὴν ἐκ τῶν Ὠριγένους δογμάτων συμμαχίαν παραλαβόντας, καὶ κατὰ τῆς ὀρθοδόξου * στρατευσαμένους πίστεως, ἡττηθῆναι, καὶ τὴν πολλὴν ἐκείνην ἀλαζονείαν ἀποβαλεῖν.

** αὐτῆς l.*

** Σάβα l. & ita deinceps.*

** Νόννου l.*

** πίστεως στρατευσαμένους l.*

Ὁ Κύριλλος μὲν οὖν εἰς τὴν Σου-

que de medio tollere non intermittebat) timentes qui erant Lauræ Sucæ, in inviam hanc ſolitudinem aſcendunt, rogantque & obſecrant Cyriacum, ut iterum ad Lauram revertatur; quò ſaltem efficaciſſimum adverſus [peſtem] remedium habeant, illius adventum.

Redit in Lauram Sucæ ann. 541.

Et manet in Charitonis cella 5. annos cum parte 6.

Illos itaque miſerata bona illa & clemens anima, iterum in Lauram deſcendit. Cúmque ad beati Charitonis cellulam quintum exegiſſet annum, ſtrenuiſſimè eos qui cum Origene ſentiebant, expugnabat. Tunc quoque admirabilis Cyrillus, qui à Magni Euthymii ad beati Sabæ Lauram acceſſerat, ut Joannem Silentiarium Epiſcopum videret, fit ei miniſter literarum ad beatum hunc Cyriacum. Literæ autem bellum adverſus ſanctam civitatem ſuſcitatum ſignificabant, eumque obſecrabant, ut Deum impenſiùs oraret, ut qui in Nova Laura cum Nonno & Leontio ex Origenis dogmatis ſocietatem coierant, & adverſus orthodoxam Fidem bellum ſumſerant, vincerentur, & multam illam deponerent arrogantiam.

Cyrillus itaque cùm in Su-

cam deveniſſet, & Zoſimo ac Joanni, primis illius diſcipulis, collocutus fuiſſet, deinde etiam cum ipſis ad magnum proficiſcitur Cyriacum, eique epiſtolam in manibus dat, & rurſum omnia quæcumque verbis ipſi mandata fuerant, ediſſerit. Ille verò ardenter, & velut ex corde illacrymans: Dic, inquit, ei qui te miſit: Ne mœrore affligamur, Pater; citò enim videbimus Nonnum quidem & Leontium vitam miſerrimè cum morte commutare; lupos autem in Laura verſatos quàm turpiſſimè illinc abigi, oveſque ratione præditas ipſam rurſus ſine moleſtia & ſine metu calcare, ac in ea ali & paſci. Ad hæc ille rogavit: Quænam verò ſunt, Pater, quæ illi ſuâ tuentur ſententiâ? namque affirmant, inquit, dogmata de præexiſtentia & reſtitutione in priſtinum ſtatum, indifferentia eſſe, & ab omni periculo aliena: illa ad hoc teſtimonio eis eſſe dicentes quæ alicubi in ſuis Apologeticis
» magnus Gregorius ait: Mihi
» videtur res non vilis nec con-
» temnenda, dare in tempore
» unicuique demenſum ſermo-
» nis, & diſpenſare in judicio
» veritatem noſtrorum dogma-
» tum, quæcumque de mundis
» aut de mundo philoſophicè
» diſputata ſunt, de materia,
» de anima, de mente, & natu-

τῶν ἀφικόμενος, καὶ Ζωσίμῳ καὶ Ἰωάννῃ πρώτοις ἐκείνου τοῖς μαθηταῖς ἐντυχὼν, εἶτα καὶ ὡς τὸν μέγαν σὺν αὐτοῖς Κυριακὸν ἄπεισιν· ἐγχειρίζει τε αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ὅσα πάλιν ἀπὸ γλώττης αὐτῷ εἴρητο, διέξεισι πάντα. ὁ δὲ θερμόν τι καὶ οἷον ἀπὸ καρδίας ἐπιδακρύσας, εἰπέ, φησι, τῷ ἀποστείλαντί σε· μὴ ἀνιώμεθα, πάτερ· ὀψόμεθα γὰρ θᾶττον Νόννον μὲν καὶ Λεόντιον, τὴν ζωὴν ἀθλιώτατα καταστρέψαντας· τοὺς δὲ ἐπιχωριάσαντας τῇ λαύρᾳ λύκους ὡς αἴσχιστα ἐκεῖθεν ἀπελαυνομένους· καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα πάλιν ἀλύπως αὐτὴν πατοῦντα καὶ ἀδεῶς, καὶ ἐν αὐτῇ νεμόμενά τε καὶ ἐκτρεφόμενα. πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος· τίνα δὲ ἐστι, πάτερ, τὰ ὑπ' αὐτῶν πρεσβευόμενα; ἤρετο· διαβεβαιοῦνται γὰρ, ἔφη, τὰ περὶ * προϋπάρξεως καὶ ἀποκαταστάσεως δόγματα, μέσα τε εἶναι καὶ ἀκίνδυνα· ἐκεῖνα πρὸς τοῦτο μαρτυρεῖν αὐτοῖς λέγοντες ἅπερ φησί που τῶν ἑαυτοῦ ἀπολογητικῶν ὁ
μέγας Γρηγόριος· ἐμοὶ δὲ οὐ «
πρᾶγμα φαίνεται οὐ τῶν φαυλοτάτων, «
διδόναι κατὰ καιρὸν ἑκάστῳ τοῦ λόγου «
τὸ σιτομέτριον, καὶ οἰκονομεῖν ἐν «
κρίσει τὴν ἀλήθειαν τῶν ἡμετέρων «
δογμάτων, ὅσα περὶ κόσμων ἢ «
κόσμου πεφιλοσόφηται, περὶ ὕλης, «
περὶ ψυχῆς, περὶ νοῦ, καὶ τῶν νοε- «
ρῶν φύσεων, βελτιόνων τε καὶ χει- «

* πρὸ ὑπάρξεως l. ὑπάρξεως λ.

„ ἐόνων, περὶ τῆς τὰ πάντα συνδεούσης
„ προνοίας· ὅσα τε κατὰ λόγον ἀπαν-
„ τᾶν δοκεῖ, καὶ ὅσα παρὰ λόγον τὸν
„ κάτω καὶ τὸν ἀνθρώπινον· ἔτι τε ὅσα
„ περὶ τῆς πρώτης ἡμῶν συστάσεως,
„ τύπων τε καὶ ἀληθείας καὶ διαθη-
„ κῶν, καὶ Χριστοῦ παρουσίας πρώ-
„ της τε καὶ δευτέρας. ἐν τούτοις
„ γάρ φασι καὶ τὸ ἐντυγχάνειν οὐκ ἄ-
„ χρηστον, καὶ τὸ διαμαρτάνειν ἀκίν-
„ δυνον.

Ταῦτα τοῦ θαυμασίου Κυρίλλου εἰρημένου, ὁ μακάριος Κυριακός, * οὐ μὲν οὖν οὐ μέσα τὰ περὶ προϋπάρξεως δόγματα καὶ ἀκίνδυνα, ἔφη· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον, ἀκροσφαλῆ τε καὶ ἐπικίνδυνα. ὅπως δέ σοι καὶ τὴν πολυσχιδῆ αὐτῶν ἐν βραχεῖ παραστήσω ἀσέβειαν· φασὶ μὴ ἕνα τῆς τριάδος τὸν Χριστὸν εἶναι. [2.] [λέγουσι τὰ ἐξ ἀναστάσεως ἡμῶν σώματα, εἰς ἀπώλειαν ἥξειν παντελῆ, καὶ Χριστοῦ πρώτου.] λέγουσιν ὅτι οὐκ * ἦν τοῦ κόσμου δημιουργὸς ἡ τριάς· ὅτι τε ἐν τῇ ἀποκαταστάσει δυνήσονται πάντα τὰ λογικὰ μέχρι καὶ δαιμόνων, δημιουργεῖν αἰῶνας· καὶ ὅτι αἰθέρια καὶ σφαιροειδῆ ἐγείρονται ἡμῶν τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει· οὕτω γὰρ καὶ τὸ τοῦ κυρίου φασὶν ἐγηγέρθαι· καὶ

* γρ. ὑμῖν

* εἶναι

ris intelligentibus, tam præ- «
ſtantioribus quàm deteriori- «
bus, de providentia quæ om- «
nia connectit: quæque ſecun- «
dùm rationem evenire viden- «
tur, & quæcumque præter «
rationem inferiorem & hu- «
manam: præterea quæ de pri- «
ma noſtra conſtitutione, fi- «
guriſque, & veritate, ac te- «
ſtamentis: Chriſti quoque «
primo ac ſecundo adventu. In «
his enim, inquiunt, & aſſe- «
qui non eſt inutile, & non «
aſſequi vacat periculo. «

Hæc cùm admirabilis Cyrillus dixiſſet: Nequaquam, inquit beatus Cyriacus, nequaquam indifferentia ſunt, neque periculo vacant dogmata de præexiſtentia: imò ſunt lubrica potiùs & periculoſa. Ut autem multiplicem eorum impietatem tibi paucis exponam: aiunt Chriſtum non eſſe unum ex Trinitate. Dicunt corpora quæ ex reſurrectione habebimus, eſſe penitus ad interitum ventura, & Chriſti primi. Dicunt Trinitatem non fuiſſe mundi opificem: & quòd in reſtitutione poterunt quæcumque ſunt ratione prædita, etiam ad dæmones uſque, fabricari * æones, id eſt, ſecula: quódque in reſurrectione, ætherea ſurrectura ſunt corpora noſtra, & ſphærarum ſpeciem referentia; ſic enim & ipſum Domini corpus aiunt ſurre-

* *Vide Tert. adverſus Valentinianos.*

xiſſe: noſque futuros ei pares in reſtitutione.

Cyrillo autem rurſum interroganti, Quid ita, Pater, non pro virtute tot ſubierunt labores, ſed eos in inutili hac, quæ deſtruitur, ſapientia conſumſerunt? Reſpondens beatus Cyriacus, Namque *evanuerunt*, inquit, *in cogitationibus ſuis, & inſipiens cor eorum obſcuratum eſt: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Nonnus autem horum malorum fuit initium: qui cùm non ignavum ad hæc adminiſtrum inveniſſet Leontium Byzantinum, poſt beati Patris noſtri Sabæ exceſſum, continuò tetrum hunc morbum in compluribus Eccleſiæ locis clam diſſeminavit. Et primùm quidem eos qui in Nova Laura erant doctiores, vel, ut veriùs dicam, indoctiores, in ſuam induxit hæreſim. Deinde non hactenus conſtitit: ſed ut aliorum quoque ſolitudinis Monaſteriorum plurimis hanc peſtem communicaret, plurima rem ſolicitudine dignam ducebat. Deinde ut me quoque humilem & abjectum ſuis comprehenderet laqueis, quam non adhibuit contentionem? Sed, ut cum divino David loquar, *ſeipſam feſellit iniquitas*, & divina mihi apparuit viſio, hæreſis ejus cœnum accuratè oſtendens. Neque ego ſolus ipſius improbitatem vici, ſed

1. Cor. 1. 6.

Paulò aliter habetur ad Rom. 1. 21. & 22.

Pſal. 26. 12.

ὅτι ἴσοι αὐτῷ ἐν τῇ ἀποκαταστάσει γενόμεθα.

Τοῦ Κυρίλλου δὲ, τί δῆτα, πάτερ, ἐπανερομένου, μὴ τοὺς τοσούτους ὑπὲρ ἀρετῆς ἀνέτλησαν πόνους, ἀλλ' εἰς τὴν καταργουμένην ταύτην σοφίαν ἀνάλωσαν; ὁ μακάριος ὑπολαβὼν Κυριακὸς, ἐματαιώθησαν γὰρ, φησιν, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἡ ἀσύνετος αὐτῶν ἐσκοτίσθη καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. Νόννος δὲ τῶν κακῶν ἀπαρχὴ τούτων· ὃς ὑπουργὸν οὐκ ἀγεννῆ τὰ τοιαῦτα, Λεόντιον εὑρηκὼς τὸν ἐκ Βυζαντίου, μετὰ τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν [Σάβα] τελευτὴν, τὸ κακὸν εὐθὺς ἀῤῥώστημα τοῦτο, πολλαχοῦ τῆς ἐκκλησίας ὑπέσπειρε. Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐν τῇ νέᾳ λαύρᾳ λογιωτέρους, ἀλογωτέρους δὲ εἰπεῖν ἀληθέστερον, τῇ οἰκείᾳ ὑπηγάγετο αἱρέσει. εἶτα οὐ μέχρι τούτων ἔστη· ἀλλ' ὅπως καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐρήμου μοναστηρίων πολλοῖς τῆς τοιαύτης μεταδῷ λύμης, πολλῆς ἠξίου τὸ πρᾶγμα φροντίδος. ἔπειτα ὥστε καὶ τὸν ταπεινὸν ἐμὲ τῇ ἑαυτοῦ συλλαβεῖν * πάγῃ, τίνα οὐκ εἰσηνέγκατο τὴν φιλονεικίαν; ἀλλ' ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτὴν, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαυίδ· καί μοι ὄψις ἐφάνη θεία, τὸν ἐκείνου τῆς αἱρέσεως βόρβορον ἀκριβῶς παραδεικνῦσα. καὶ οὐκ ἐγὼ τῆς αὐτοῦ μόνος ἐκράτησα κακουργίας, ἀλλὰ καὶ οἱ

[2. B

* ἐπάγη τι

τῆς τοῦ Σουκᾶ συνοδίας, καὶ οὗτοι διὰ τῆς ἡμετέρας συμβουλίας; γενναίως πρὸς τὴν ἐκείνου πανουργίαν ἔστησαν, καὶ τῶν δολερῶν ἠθῶν ἐκείνων, καὶ τῆς περὶ τὸ κακὸν εὐμηχανίας περιεγένοντο.

Ἐπεὶ δὲ οὕτω φανερῶς προσβαλὼν ἡττήθη, ἑτέρως ὑποποιήσασθαι τὴν συνοδίαν ἐμηχανᾶτο. καί τινα Πέτρον Ἀλεξανδρέα, ἐπιρρεπῶς πρὸς αὐτὸν ἐξ ἀρχαίου καὶ τὴν κακόδοξον αἵρεσιν ἔχοντα, ἐφίστησι τῇ συνοδίᾳ· εἴπως ἀλλὰ ταύτῃ γ' οὖν ἠρέμα πρὸς κοινωνίαν αὐτοὺς ἐφελκύσεται. φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῷ ἄρχοντι συμμορφοῦσθαι τὸ ὑποχείριον. ἀλλ' ἠγνόει ὁ μάταιος εὐφώρατον καὶ καταφανὲς προτιθεὶς δέλεαρ. μικρὸν γὰρ τῆς συνήθους ἐκείνου κακίας τῇ συνοδίᾳ ὑποφανείσης, ἡ δὲ αὐτίκα κινηθεῖσα πᾶσα, τὸν Πέτρον ἀπωθεῖται τῆς προστασίας.

Εἶτα καὶ πάλιν οἱ περὶ Νόννον, Πέτρον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἕτερον, τοῦ προτέρου κατὰ μηδὲν ἀδιάφορον, ἡγούμενον αὐτοῖς ἐφιστᾶσιν. αὕτη δὲ ἀκριβεῖς κἀν τούτῳ τῆς τοῦ προ-
ἰδοῦσα ἡ λαβόντος κακίας * ἰδοῦσα τοὺς χαρακτῆρας παραχρῆμά τε καὶ αὐτὸν ἀποβάλλει· καὶ εἰς τὴν τοῦ μακαρίου Σάβα λαύραν ἐλθοῦσα, ἡγούμενον λαμβάνει Κασιανὸν, τὸ γένος, Σκυθοπολίτην, τὸ σέβας, πιστότατον, ἀρετῇ καὶ λόγῳ, σύντροφον. καὶ ταύτῃ μόλις ἰσχύσαμεν

ii etiam qui erant Conventûs Sucæ, per noſtrum conſilium, illius malitiæ fortiter reſtiterunt, & fraudulentos illos mores, & ingenium ad malum ſolers ſuperaverunt.

Quoniam autem tam apertè congreſſus victus eſt, alia ratione Conventum ſuæ poteſtati ſubjicere machinatus eſt. Et Petrum quemdam Alexandrinum, qui in eum, & in pravi ipſius dogmatis hæreſim, jam à principio erat propenſus, præficit Conventui: ſi quo modo hac certè ratione eos paulatim ad communionem attraheret. Amant enim ut plurimùm Principi conformari, qui ſub ejus ſunt poteſtate. Sed neſciebat ſtulſtus, ſe deprehenſu facilem & apertam eſcam proponere. Nam cùm conſueta illius pravitas Conventui paululum innotuiſſet, protinus ille totus commotus Petrum pellit præfecturâ.

Deinde rurſus Nonnus, Petrum alium è Græcia oriundum, qui à priore nihil differebat, Præfectum eis conſtituit. Conventus autem expreſſos in eo videns ejus qui præceſſerat, malitiæ characteres, protinus eum quoque expellit: & in beati Sabæ Lauram veniens, Præfectum accipit Caſſianum, genere Scythopolitanum, religione fideliſſimum, & virtuti ac doctrinæ innutritum. Sicque vix

tandem potuimus multiplicem & exæſtuantem eorum qui Origenis morbo laborabant, reprimere & arcere impetum. Hæc cùm dulcis illa lingua recenſuiſſet, ubi intellexit Cyrillum eſſe Monaſterii Magni Euthymii, cum magno protinus gaudio, Ecce, inquit, Frater, tu ejuſdem es, atque ego, Cœnobii. Cœpitque oratione perſequi res geſtas Sanctorum Euthymii & Sabæ. Ille autem cùm eas ab hoc beato Cyriaco perſpicuè didiciſſet, conſcripſit ſingula in iis quos de ipſis ſcripſit libris: ut illinc quilibet diſcere poteſt, ſi non perfunctoriè, ſed accuratè ea legat.

Divinus itaque Cyriacus, cùm hujuſmodi colloquio & narrationibus ita illius animam voluptate compleſſet, in pace dimiſit. Quandò autem, & ipſe legum Origenis diligens cuſtos, Nonnus, turpiſſimo exitu vitam abrupit, fractæque fuerunt omnes eorum vires; & ceſſavit bellum adverſus orthodoxos; & illi inter ſeſe prælia cierunt & pericula; multique in Charitonis ſpelæum ventitantes, non parvam divino Cyriaco moleſtiam exhibebant, ejus ſilentium & quietem interturbantes; ad Suſacim rurſum recedit, cùm nonum jam & nonageſimum ætatis annum expleret. Cùm autem

Redit in Suſacim exeunte 546. vel ineunte 547. 99. ætatis anno ferè exactè, ubi octo annos manet.

* τὴν πολλὴν τῶν τὰ Ὠριγένους νοσούντων * ὁρμὴν, [ἀναχεσῦσαθαι, καὶ καταστεῖλαι φλεγμαίνουσαν.] Ταῦτα ἡ γλυκεῖα ἐκείνη γλῶσσα διεξηθοῦσα, ὡς καὶ τῆς τοῦ μεγάλου μονῆς Εὐθυμίου μάθοι τὸν Κύριλλον εἶναι, μετὰ περιχαρείας εὐθὺς, ἰδοὺ καὶ συγκοινοβιώτης εἶ μοι, * φησὶν, ἀδελφέ. καὶ διαλαβὼν τὰ περὶ τῶν ἐν ἁγίοις Εὐθυμίου διηγεῖτο καὶ Σάβα. καὶ ταῦτα ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ μακαρίου τούτου Κυριακοῦ σαφῶς διδαχθεὶς, ἐν τοῖς αὐτῶν ἕκαστα λόγοις ἀνέγραψεν· ὡς ἔστιν ἐκεῖθεν μαθεῖν, εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὰ ἐπιλέγοιτο.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ θεῖος Κυριακὸς, καὶ ὁμιλίᾳ τοιαύτῃ καὶ διηγήμασιν, ἡδονῆς τὴν ἐκείνου ψυχὴν διαπλήσας, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. ἐπειδὴ δὲ ὅ, τε τῶν Ὠριγένους νόμων ἀκριβὴς φύλαξ αἰσχίστῳ τέλει τὴν ψυχὴν ἀπέῤῥηξε Νόννος, ἥ τε ἰσχὺς αὐτῶν ἅπασα διελύθη· καὶ ὁ πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους ἐλώφησε πόλεμος· καὶ * κατ' ἀλλήλων ἐκεῖνοι τὴν μάχην καὶ τοὺς κινδύνους ἐκίνησαν· καὶ πολλοὶ ἐν τῷ τοῦ Χαρίτωνος φοιτῶντες σπηλαίῳ, οὐκ ὀλίγην τῷ θείῳ Κυριακῷ παρεῖχον τὴν ὄχλησιν, τὴν ἡσυχίαν ἐπιταράττοντες, ἐπὶ τὴν * Σουσακὶμ ἀναχωρεῖ πάλιν, ἔνατον ἤδη καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας ἀνύων· ἐκείνου μὲν δὴ ὄγδοον ἐν αὐτῷ διαμεμενηκότος

* φησὶν τὴν, &c. 1.
* ὁρμὴν. τε [&c.]
* γρ. μοί φησι
* κατεκινήσαν 1.
* τοῦ Συσακεὶμ 1.

κότος χρόνον, λαμβάνει τίς ποτε τὸν Κύριλλον πόθος τῆς τοῦ Κυριακοῦ ὁμιλίας· καὶ εἰς τὴν λαύραν ἐλθὼν τοῦ Σουκᾶ, καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἰωάννην παραλαβὼν, τὸν

* τῷ Συσακεὶμ

* Σουσακὶμ ἄμφω καταλαμβάνουσιν· οὐκ ἔλαττον, ἢ ἐνενήκοντα σταδίους τῆς λαύρας ἀπέχοντα. ὡς οὖν πλησίον ἐγίνοντο ἤδη, λέων αὐτοῖς μεγέθει μέγιστος καὶ φοβερώτατος ἰδεῖν ὑπαντήσας, διετάραξέ τε τὸν Κύριλλον, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ εἰς δέος ἐνέβαλεν. οὕτω τοίνυν ὁ μαθητὴς Ἰωάννης ἔχοντα τὸν ἄνδρα ἰδὼν, μὴ δέδιθι, ἔφη. καὶ ὁ λέων, ὡς πρὸς τὸν ἅγιον αὐτοὺς ἀπιόντας ἔγνω, ὑπεῖξέ τε τῆς ὁδοῦ εὐθὺς, καὶ αὐτοὶ κακῶν ἀπαθεῖς διῆλθον. τούτους ἡ ἱερὰ κεφαλὴ ἐκείνη θεασαμένη, ὑπερήσθη τε αὐτίκα, καὶ ἡδὺ αὐτοὺς καὶ οἰκεῖον ἰδοῦσα, πρεσβυτικῶς εὖ μάλα καὶ

* φησὶ.
* μοι.

χαριέντως, ἰδοὺ, * φησι, καὶ ὁ συγκοινοβιώτης * μοι Κύριλλος. εἶτα παραμίξας τι καὶ παιδιᾶς ὁ μαθητὴς Ἰωάννης· ἀλλὰ τοῦτον, εἶπεν, ὁ λέων, πάτερ, δεινῶς ἐφόβησε, καὶ δειλὸν ἀπέδειξε φανερῶς. ἡ δὲ ἱλαρὰ ψυχὴ ἐκείνη· σὺ δὲ ἀλλὰ μὴ φοβοῦ, εἶπε, τέκνον· ὁ γὰρ λέων οὗτος ἐνταῦθά μοι παραμένει φύλαξ ἀκριβὴς τῶν λαχάνων· καὶ οὔτε θηρίῳ εἰσφοιτᾶν συγχωρεῖ οὐδενὶ, οὐδὲ ἀγρίας αἰγὸς ἔφοδον, οἶμαι, τὰ λάχανα δέδιεν, ἐγρηγορότος τοῦ φύλακος.

ille octo in eo manſiſſet annos, Cyrillum aliquando inceſſit deſiderium conveniendi Cyriaci. In Lauram itaque Sucæ veniens, ac hujus diſcipulum Joannem aſſumens, ambo Suſacim perveniunt, qui locus non minùs quàm nonaginta ſtadia aberat à Laura. Cùm autem adventarent & propè jam eſſent, leo ipſis magnitudine maximus, viſuque terribiliſſimus, occurrens, Cyrillum, ut conſentaneum eſt, conturbavit, & in metum conjecit. Cùm igitur diſcipulus Joannes ita affectum virum vidiſſet: Ne metue, inquit. Leo autem, ut eos ad Sanctum euntes agnovit, viâ ceſſit protinus, & ipſi malorum immunes pertranſierunt. Hos cùm ſacrum illud caput adſpexiſſet, ſupramodum ſtatim gaudio oblectatus eſt, eoſque blandè ac benevolè intuens, ſeniliter bene planè, ac venuſtè, Ecce, inquit, * concœnobita meus Cyrillus. Deinde nonnihil quoque joci admiſcens diſcipulus Joannes: Sed eum, inquit, Pater, mirum in módum leo terruit, manifeſtoque pavore perculit. Hilaris autem illa anima: At tu, noli timere, inquit, fili: leo enim iſte hîc mihi manet, diligens cuſtos olerum, qui nullam feram ingredi ſinit: quapropter nec agreſtis capreæ incurſum, ut puto, timuerint olera, hoc vigilante cuſtode.

Quibus peractis à Cyrillo rurſus inviſitur anno 555.

* *Cyrillus in eodem quo Cyriacus manſerat Cœnobio, ſed numquam cum illo. Ideo minùs bene vertiſſe videtur Interpres apud Surium;* Meus in Cœnobio ſodalis.

Deinde cùm multa de Patribus, qui in eremo degebant, narraſſet, ac ſic eis animos excitaſſet, acerrimumque, erga virtutem videlicet, amorem incuſſiſſet, menſam apponit. Hîc leo ſupervenit. Ille autem beſtiæ panem manu porrigit, & ad olerum cuſtodiam remittit. Ad accumbentes autem: Habeo, ait, ô filii, bonum agri cuſtodem. Neque enim hîc urſus, neque alia quæpiam fera, ſed neque prædo, neque barbarus, eos qui agrum pertranſeunt, invadit. Illos namque acriter ulciſcitur ac perimit leo.

Cùm igitur totum apud eum diem tranſegiſſent, ac doctrinâ illâ, & diffusâ in ejus labiis gratiâ fructi eſſent, benedictionem impoſterum impertit, ac in pace dimittit. Leo autem eis rurſus ceſſit, & blanditus eſt; ſicque ad propria læti remearunt.

Sanctus autem hic Cyriacus adhuc in Suſacim permanens, cùm aquam ex fontibus non haberet, (quò cùm ipſe uteretur, tum etiam olera rigaret) eam quæ in petrarum concavitatibus congregabatur, exhauriens, æſtate illa ad meridiem irrigabat, nec ampliùs ſitire ſinebat. Tempore enim autumni tempeſtas ipſa, ea ſatis abundéque irrigabat. Cùm autem magna ſiccitas aliquan-

Εἶτα πολλὰ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἔρημον πατέρων διεξελθὼν, καὶ ταύτῃ διαγυμνάσας, καὶ κινητικώτατον, οἷον εἰς ἀρετὴν, αὐτοῖς ἔρωτα ἐμβαλὼν, τράπεζαν παρατίθησιν. ἐνταῦθα ὁ λέων ἐφίσταται. ὁ δὲ τῷ θηρίῳ μὲν ἄρτον τε τῇ χειρὶ ὀρέγει, καὶ εἰς φυλακὴν ἀφίησι τῶν λαχάνων. πρὸς δὲ τοὺς συγκατακεκλιμένους, ἀγαθόν γε, ὦ τέκνα; εἶπε, τοῦ ἀγροῦ φύλακα κέκτημαι. οὔτε γὰρ ἄρκτος ἐνταῦθα, οὐδὲ θηρίον ἄλλο τι, ἀλλ' οὐδὲ λῃστὴς, οὐδὲ βάρβαρος τοῖς παριοῦσι τὸν ἀγρὸν ἐπιτίθεται. κολάζει γὰρ * καὶ αὐτοὺς δεινῶς καὶ ἀπόλλυσιν ὁ λέων. * In codice αι deletum eſt καὶ

Τοῖς μὲν οὖν ὅλην παρ' αὐτῷ ἡμέραν διαγαγοῦσι, καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκείνης καὶ τῆς ἐκκεχυμένης ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ χάριτος ἀπολαύσασιν, εὐλογίας τε εἰς τὴν ἑξῆς μεταδίδωσι, καὶ ἐν εἰρήνῃ ἀπολύει. καὶ ὁ λέων ὑπεῖξέ τε αὐτοῖς αὖθις, καὶ ὑπέπεσεν * ἥκοντας, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα χαίροντες εἴχοντο. * ἔχοντας al. εἴκοντι.

Ὁ δὲ ἅγιος οὗτος Κυριακὸς τῷ * Συσακὶμ ἔτι παραμένων, ἐπειδὴ ὕδωρ αὐτῷ ἐκ πηγῶν οὐ παρῆν, ὥστε ὁμοῦ μὲν αὐτὸν χρῆσθαι, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ λάχανα ἄρδειν, τὸ ἐν τοῖς τῶν πετρῶν κοιλώμασιν ἐπισυναγόμενον ἐξαντλῶν, ἐπότιζέ τε θέρους αὐτὰ κατὰ μεσημβρίαν, καὶ οὐκ ἔτι διψᾷν συνεχώρει. τὸν γὰρ περὶ τὸ μετόπωρον χρόνον, ἤρδευ αὐτὰ ἱκανῶς ἡ ὥρα. αὐχμοῦ δέ ποτε * Συσακὶμ al.

κατὰ θέρος πολλοῦ γεγονότος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς πέτραις κοιλωμάτων οὐδὲ ἴχνος ἐχόντων ὕδατος, τὰ ὄμματα ἐκεῖνος εἰς οὐρανοὺς ἀνάγων, αἰτεῖ παρὰ τοῦ Θεοῦ ὕδωρ. καὶ ἀθρόον τι νέφος ὑπὲρ κεφαλῆς παχυνθὲν, εἰς ὑετὸν ἐρράγη· καὶ τὰς ὑδρίας αὐτοῦ, καὶ τὰ κοῖλα τῶν πετρῶν ἐπλήρωσε πάντα· καὶ τῇ τε τοῦ ὁσίου χρείᾳ, τῇ τε τῶν λαχάνων ἀρδείᾳ, μέχρι πολλοῦ τοῦτο ἐπήρκεσεν. ἐκεῖνο δὲ *με γινόμενον ἐνταῦθα εἰσέρχεται, ὅπερ εἰ καὶ μὴ τῆς τοῦ ἁγίου ἔχεται διηγήσεως, ἀλλ' οὐ μετρίαν οἴσει λεχθὲν καὶ αὐτὸ τῆς ὠφελείας.

*In codice 2. deletum eſt με

do per æſtatem contigiſſet, & quæ ſunt in petris concavitates, ne veſtigium quidem haberent aquæ, ille oculis in cælum ſublatis, petit à Deo aquam. Et ecce repentina quædam nubes ſuper caput condenſata, erupit in pluviam, ejuſque hydrias & petrarum concava omnia implevit: eaque & Sancti uſui, & olerum irrigationi, diu multumque ſuffecit. Hîc illud mihi venit in mentem, quod etſi narrationi de Sancto non cohæret, non mediocrem tamen, ſi dicatur, afferet utilitatem.

Παριόντι κατὰ τὴν ἔρημον τῷ μα-
(21.) θητῇ ποτὲ τοῦ ἁγίου τούτου μετὰ [καὶ] τοῦ συμφοιτητοῦ Παραμόνου, ἐπιφαίνεταί τι περὶ μυρίκῃ ἀγρίᾳ ἑστὼς, ἀνθρώπου εἴδωλον. οἱ δὲ, τῶν * ἀναχωρητῶν ἕνα τὸ φαινόμενον οἰηθέντες, πολλοὶ γὰρ τὴν ἔρημον ταύτην τὸ τηνικαῦτα ᾤκουν, πρὸς αὐτὸν εὐθέως ἐτράποντο. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦσαν ἤδη καὶ τὸ φανὲν οὐδαμοῦ, ἔμπαλιν ἐκεῖνοι πονηρὸν πνεῦμα νομίσαντες εἶναι, προσηύξαντο· καὶ τῇ εὐχῇ τὸ ἀμὴν ἐπειπόντες, ὁρῶσι τῇδε κἀκεῖσε· καὶ σπήλαιόν τι αὐτοῖς ὑπόγειον ὑποφαίνεται. ὅπερ σημεῖον αὖθις κρίναντες δεξιὸν, καί τινα δοῦλον τοῦ Θεοῦ τὸν φανέντα εἶναι, καὶ εἰς αὐτὸ καταδῦναι ὑπολα-

* ἀναχωρητῶν ει.

In ſolitudinem aliquando venienti hujus Sancti diſcipulo, unà cum condiſcipulo Paramono, apparet circa myricas agreſtes, ſtans quoddam hominis idolon. Illi id quod cernebatur, ex Anachoretis unum eſſe exiſtimantes, (multi enim id temporis ſolitudinem hanc habitabant) ad eum ſtatim ſunt converſi. Cúmque jam propè adeſſent, & nuſquam eſſet quod apparuerat, illi contrà, malum arbitrantes eſſe ſpiritum, adprecati ſunt; & precationi, Amen, ſubjungentes, huc & illuc ſpectant, & ſpelæum quoddam ipſis ſubterraneum apparet. Quod ſignum rurſus dexterum judicantes, & quemdam Dei ſervum eſſe, cum qui apparuerat, ac in illud ſe occuluiſſe, atque in eo delite-

Digitized by Google

ſcere putantes, rogant ut benedictionem ipſis impertiat & pacem.

Tandem aliquando vox intrinſecus ſonuit ex ſpelæo, dicens: Quid me vultis? ſum etenim femina. Sed, Quò proficiſcimini? rogavit. Ad Anachoretam, inquiunt, Cyriacum. Sed dic nobis, quî vocere? & qua ratione hîc es? & quamobrem huc acceſſiſti? Illa verò, Nunc quidem abite, inquit; redeuntibus autem rurſus, dicam. Cùm ergo illi impenſiùs inſtarent, & ne tantillum quidem ſe abſceſſuros dicerent, ni priùs, quæ Beatam illam ſpectabant, audiiſſent: Nomen quidem mihi eſt Maria, inquit; cùm autem eſſem pſaltria, ſcio me multis ſcandali occaſionem præbuiſſe. Deum itaque rogavi, cumque ſuppliciter obſecravi, ut à mali laqueis liberarer. Aliquando autem corde contrita, & in anima divino igne ſuccenſa in ſanctum Siloë deſcendi: cúmque hoc vas aquâ impleſſem, (quod apud me adhuc manet) lupinis in ſporta acceptis, huc acceſſi. Nihil autem horum uſque in hodiernum diem eſt diminutum. Sed neque ex illo tempore hominem vidi: neque in alicujus congreſſum colloquiumque veni. Vos igitur nunc abite, & revertentes inviſite me.

βόντες, εὐλογίας αὐτοῖς μεταδοῦναι καὶ εἰρήνης ἠξίουν.

Ὀψὲ γοῦν ποτε φωνὴ ἔνδοθεν * ὑπηχήθη ἐκ τοῦ σπηλαίου· τί θέλετε ἀπ' ἐμοῦ; λέγουσα, γυνὴ * γάρ εἰμι. ἀλλά, ποῦ πορεύεσθε; ἤρετο. οἱ δέ, πρὸς τὸν ἀναχωρητήν, ἔφησαν, Κυριακόν. ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ἥτις καλῇ, καὶ ὅπως ἐνταῦθα εἶ, καὶ ἐφ' ᾧ παραγέγονας. ἡ δέ, νῦν μὲν ὑπάγετε, ἔφη· ἐπανήκουσι δὲ αὖθις, ἐρῶ. ὡς οὖν ἐπέκειντο πλέον οὗτοι, καὶ * οὐκέτι οὐδὲ ἀποστήσεσθαι μικρὸν ἔλεγον μὴ πρότερον τὰ κατὰ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀκούσαντες· ὄνομα μὲν ἐγώ, Μαρία· γενομένη δὲ ψάλτρια, ἔφη, πολλοῖς οἶδα σκανδάλου πρόφασιν παρασχοῦσα. ἐδεόμην τοίνυν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἱκέτευον αὐτόν, ῥυσθῆναί με τῶν τοῦ πονηροῦ παγίδων. καί ποτε τὴν καρδίαν συντριβεῖσα, καὶ πυρὶ θείῳ τὴν ψυχὴν διαθερμανθεῖσα, εἰς τὸν ἅγιον Σιλωὰμ κατῆλθον· καὶ τὸ σκεῦος τοῦτο πλήσασα ὕδατος, ὃ παρ' ἐμοὶ καὶ εἰς ἔτι μένει, καὶ θέρμια ἐν τῇ σπυρίδι λαβοῦσα, ἐνταῦθα παρεγενόμην. καὶ τούτων οὐδὲν εἰς δεῦρο ἠλαττονήθη. ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπον ἐξ ἐκείνου εἶδον, οὐδὲ εἰς ὁμιλίαν τινί, οὐδὲ εἰς λόγους ἦλθον. ἀλλ' ἄπιτε νῦν καὶ ὑμεῖς, καὶ ἀναστρέφοντες * ἐπισκέψασθέ με.

* ἀπηχήθη
* γάρ εἰμι
* οὐκ ἔτι
* ἐπισκέψασθέ με.

Τούτων ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, ὑποχωροῦσι, καὶ ὡς τὸν μακάριον ἐλθόντες Κυριακὸν, ἀπαγγέλλουσιν αὐτῷ πάντα. ὁ δὲ ἐθαύμασέ τε, ὡς εἰκὸς, καὶ ἐπισκέψασθαι πάλιν αὐτὴν ἐπανήκουσι τοῖς μαθηταῖς, καὶ αὐτὸς ἐπισκήπτει. τὸ σπήλαιον τοίνυν ἐν τῇ ἐπανόδῳ καταλαβόντες, καὶ τὴν εἴσοδον κατὰ τὸ
* ὑδεὶς συνήθες κόψαντες, ἐπεὶ * ἔνδοθεν αὐτοῖς ἀπεκρίνατο οὐδὲ εἷς, παρελθόντες εἴσω, εὑρίσκουσιν αὐτὴν ἤδη τελειωθεῖσαν, καὶ τὸ σῶμα νεκρὸν παρὰ τῷ σπηλαίῳ κείμενον. ἀνελθόντες οὖν εἰς τὴν τοῦ Σουκᾶ λαύραν, καὶ ὅσων ἦν αὐτοῖς πρὸς τὴν ταφὴν χρεία λαβόντες, ἔρχονται πρὸς τὸ σπήλαιον αὖθις· καὶ τελέσαντες ἐπὶ τῇ μακαρίᾳ τὰ εἰωθότα, τὴν οἰκίαν αὐτῇ, τάφον ποιοῦσι, πρὸς αὐτῷ τῷ σπηλαίῳ τὸ λείψανον καταθέμενοι.

Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς τὸ τοῦ διηγήματος ἐξώκειλεν, ἥδιστόν τε ὁμοῦ καὶ ὠφέλιμον. ἐπανιτέον δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν. ὄγδοον τοίνυν
* Συσακὶμ ει τοῦτον ἐν τῷ * Συσακὶμ ἐνιαυτὸν, ὥσπερ ἔφημεν, τοῦ μακαρίου Κυριακοῦ διηνυκότος, οἱ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας, μετὰ τὴν τελείαν τῶν τὰ Ὠριγένους δοξαζόντων ἀπαλλαγὴν, ἐκεῖσε καὶ αὖθις γενόμενοι, εἰς τὸ τοῦ μεγάλου Χαρίτωνος σπήλαιον αὐτὸν ἤγαγον. οὗ δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Κύριλλος παρέβαλλε συνεχῶς, καὶ πολλὴν παρὰ τοῦ ἁγίου

Illi his auditis, recedunt; & ad beatum Cyriacum venientes omnia ipſi renuntiant. Ille, ut conſentaneum erat, miratus eſt, & revertentibus diſcipulis, ut eam rurſus inviſant, mandat. Spelæum itaque in reditu nacti, aditumque de more pulſantes, cùm intus nemo unus ipſis reſponderet, introgreſſi inveniunt eam jam vitâ functam, & corpus exanime in ſpelunca jacens. Aſcendentes igitur in Sucæ Lauram, & omnia quibus ipſis ad ſepulturam uſus erat, aſſumentes, rurſus ad ſpelæum veniunt: & quæ de more fiunt ſuper Beata peragentes, domum ei faciunt ſepulcrum, reliquiis in ſpelunca ipſa depoſitis.

Sed huc quidem nos narratio deduxit jucundiſſima juxtà atque utilis. Rurſus autem redeundum eſt unde digreſſi ſumus. Cùm igitur octavum hunc in Suſacim annum, ut diximus, beatus Cyriacus confeciſſet, qui erant Lauræ Sucæ, poſt perfectam liberationem ab iis qui Origenis ſententiam tenebant, cùm illuc rurſus acceſſiſſent, ipſum in magni Charitonis ſpelæum deduxerunt. Quò etiam frequenter accedebat admirabilis Cyrillus, & magnum ab

Iterum ad Charitonis cellam deducitur anno 555.

hoc Sancto virtutis incrementum & emolumentum percipiebat. *Supra centum & ſeptem annos natus.* Jam autem ſuper centum & ſeptem annos vixerat Cyriacus : cui rei teſtimonio ſunt illæ ipſæ ejus diverſis in locis manſiones & obita itinera. Devenit namque in ſanctam civitatem, circiter decem & octo annos natus : 465.
474. novem autem apud Sanctum Geraſimum permanſit : 484. *exeunte.* decimumque jam apud Magni Euthymii Monaſterium confecit annum : 524. *ineunte.* & undequadraginta in Sucæ Laura miniſtravit. 529. Quinque anni prætererunt, dum in Natuphæ ſolitudine 534. ſcillis aleretur : 541. totidemque rurſus alii in Ruba. In Suſacim autem ſeptimum manſiſſe annum, jam relatum eſt : 547. *ineunte.* in Sancti autem Charitonis ſpelæo, quintum ; & rurſus in 555. *duobus ante exitum annis.* Suſacim, octavum. Duobus certè ante exitum annis, rurſus ad Charitonis ſpelæum aſcendit. Quamvis autem ad id ætatis perveniſſet, & ſummam ita adeptus eſſet ſenectutem, nihilominus tamen, ne tantillum quidem de ſtatione ad divinos hymnos, & miniſterio eorum qui ad ipſum accedebant, remittebat. Sed quantò erat ætate provectior, tantò magis animo valebat, & vigebat animi alacritate, acriúſque ac fortiùs divina inibat certamina.

Erat autem vir mitis &

τούτου τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐκαρποῦτο. ὑπὲρ τὰ ἑπτὰ δὲ ἤδη καὶ τὰ ἑκατὸν ὁ Κυριακὸς ἔτη ἐβίω· ὡς καὶ αὐτῶν δήπου τῶν ἐκείνου περιόδων, καὶ τῶν διατριβῶν μεμαρτύρηται. ἀφίκετο μὲν γὰρ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκά που μάλιστα ἔτη. ἐννέα δὲ παρὰ τῷ ἐν ἁγίοις Γερασίμῳ διέμεινε. * δέκατόν τε ἤδη πρὸς τῇ τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου μονῇ διετέλεσε χρόνον. καὶ ἐννέα καὶ τριάκοντα ὑπὸ τῇ τοῦ Σουκᾶ λαύρᾳ διηκονεῖτο. πέμπτον τε αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Νατουφᾶ ἐρήμῳ σκίλλαις τρεφόμενον παρῆλθον ἔτος. καὶ τοσαῦτα πάλιν ἐν τῇ τοῦ Ρουβᾶ ἕτερα. περὶ μὲν οὖν * τῷ Σουσακὶμ, ἕβδομον ἐνιαυτὸν μεῖναι ἱστόρηται. περὶ δὲ τῷ τοῦ ἐν ἁγίοις Χαρίτωνος σπηλαίῳ, πέμπτον. καὶ * αὖ πάλιν ἐν τῷ [τοῦ] * Σουσακὶμ ὄγδοον. ἀνέβη μέν τοι πρὸ * δύο τῆς τελευτῆς χρόνων, καὶ αὖθις παρὰ * τὸ τοῦ Χαρίτωνος * σπήλαιον. εἰς τοῦτο δὲ ὅμως ἡλικίας ἐλθὼν, καὶ βαθύτατα οὕτω γηράσας, οὐδὲ βραχὺ τῆς περὶ τοὺς θείους ὕμνους στάσεως, καὶ τῆς διακονίας τῶν αὐτῷ παραβαλλόντων ὑφεῖτο. ἀλλ' ὅσῳ κατεγήρα τῇ ἡλικίᾳ, τοσούτῳ μᾶλλον ἔσφριγα καὶ ὑπερήκμαζε τῇ προθυμίᾳ, καὶ θερμότερον τῶν θείων ἀγώνων καὶ γενναιότερον ἥπτετο.

Ἦν δὲ μειλίχιος μὲν ὁ ἀνὴρ, καὶ

* δέκατον ἔτ[illegible] l.
* τοῦ Σουσακὶμ l.
* In codice ss. deletum est αὖ [l.]
* Σουσακὶμ l.
* δύο l.
* τῇ l.
* σπηλαίῳ l.

ἱλαρὸς καὶ εὐπρόσιτος, εὐμήκης δὲ ἰδεῖν καὶ ἀνεστηκώς. τόν τε αὐχένα ὀρθὸς ἔτι καὶ ὑπονεάζων, καὶ οὐδὲ τὸ παράπαν τοῦ γήρως ἡττώμενος, διδασκαλικὸς τὸν τρόπον, τὸ σέβας ὀρθοδοξότατος. ἀσθενείᾳ τοίνυν σώματος περιπεσὼν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀποτίσας χρέος, τὸ πνεῦμα, τῷ ποθουμένῳ Ἰησοῦ παρατίθεται. καὶ νῦν ἐστιν ἐν τῇ ἀναπαύσει τῶν δικαίων· ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἀγγέλων, ἅπερ εἰς ἀεὶ ἐπόθει ὁρῶν, καὶ ὅλην τῆς ἁγίας τριάδος τὴν ἔλλαμψιν εἰσδεχόμενος· ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

hilaris, & facilis ad eum patebat aditus: ſtaturâ procerus & erectus: colloque adhuc recto, juventutem quodammodo præ ſe ferens, & nihil omnino ſenectute fractus aut debilitatus: moribus ad docendum accommodatus; Religione maximè orthodoxus. Cùm itaque in corporis infirmitatem incidiſſet, naturæ debitum exſolvens, ſpiritum ipſi Jeſu quem deſiderabat, commiſit. Et nunc eſt in quiete juſtorum, in ſplendore Angelorum, ea videns quæ ſemper deſiderabat, & totum ſanctæ Trinitatis fulgorem in ſe recipiens: in ipſo Chriſto Domino noſtro, cum quo Patri principii experti, & ſanctifico vivificoque Spiritui gloria, imperium, honor & adoratio nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

Cyriacus moritur ann. 557.

TYPICUM SIVE REGULA IRENES AUGUSTÆ.

Interprete Domno BERNARDO DE MONTFAUCON, Monacho Benedictino Congregationis Sancti Mauri.

PROLOGUS INTERPRETIS.

TYPICUM ſive Regulam Irenes Imperatricis ex Bibliothecæ Regiæ MS. Codice 3019. deſumſimus; quem benignè commodavit clariſſimus æquè ac eruditiſſimus Vir THEVENOTIUS. Codex ille juſſu Imperatricis à peritiſſimo Scriba exaratus, ab ipſamet Auguſta proprio nomine ſubſcriptus eſt, rubris characteribus, ut moris erat Imperatoribus eorumque uxoribus. Nec dubito unum eſſe ex tribus membranaceis qui capite 77. juſſu Auguſtæ deſcripti memorantur. Plura in hoc Opere ſcitu digniſſima Lector eruditus deprehendet: complures nempe Græcarum Monialium ritus hactenus ignotos: exactam quoque Familiæ tunc temporis Imperatoriæ deſcriptionem, & alia quamplurima.

Ceterùm in Eccleſia Græca non ſolùm Imperatoribus eorumque uxoribus, ſed & privatis quibuſque qui Monaſteria excitabant, licebat Typica ſeu Regulas edere, ut videre eſt apud Theodorum Balſamonem ad Canonem 1. Synodi Conſtantinop. ubi hæc habet: ἐπ' ἀδείας ἔχουσιν οἱ δομήτορες τούτων τυπικὰ ἐκτίθεσθαι; quod fuſiùs ille ibi proſequitur. Illa autem Typica vocabantur κτητορικά.

Deſcriptus eſt Codex circa finem Imperii Alexii Comneni, ut ex pluribus locis eruditus Lector facilè intelliget.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
& Titulorum hujus Operis,

Qui in Manuſcripto Regio 3019. reperitur initio, ſed mutilus.

α. Περὶ τοῦ ἐλευθέραν καὶ αὐτοδέσποτον εἶναι τὴν τῆς κεχαριτωμένης καὶ παναγίου Θεομήτορος μονήν.

β. περὶ τοῦ δεῖν κοινοβιακῶς τὴν διαγωγὴν μετιέναι τὰς ἐν τῇ μονῇ τῆς κεχαριτωμένης τὸν μονήρη διανυούσας βίον.

γ. περὶ τῶν εἰς ἀντίληψιν τῆς μονῆς τεταγμένων, καὶ περὶ τοῦ κρατεῖν καὶ ὅσα ἐν τῇ διαθήκῃ μου περὶ τῆς μονῆς διατάξομαι, ἴσα τῷ παρόντι τυπικῷ, ὃ καὶ ὀφείλει ἔχειν τὸ ἀναλλοίωτον καὶ ἄτρεπτον ἐσαεί.

δ. περὶ τοῦ πῶς ἂν διάγοιεν ἐν τῇ μονῇ αἱ ἐκ τῶν ἐγγόνων ἡμῶν ἀποκειρόμεναι, καὶ ἐν ταύτῃ παραχωρηθεῖσαι διάγειν, καὶ αἱ ἐκ περιφανεστέρου βίου καὶ σεμνοῦ προσερχόμεναι τῇ τοιαύτῃ μονῇ καὶ ἀποκειρόμεναι ἐν αὐτῇ.

ε. περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν μοναζουσῶν.

ϛ. περὶ τοῦ ἐν ἑνὶ οἰκίσκῳ τὰς μοναζούσας πάσας μένειν.

ζ. περὶ τοῦ δωρεὰν ἀποκείρεσθαι

Cap. I. Quòd liberum ſuique juris eſſe debeat Gratiâ plenæ & caſtiſſimæ Dei Matris Monaſterium.

Cap. II. Quòd quæ in Monaſterio Gratiâ-plenæ monaſticam vitam degunt, Cœnobiticam diſciplinam amplecti debeant.

Cap. III. Quænam de Monaſterii Patrocinio ſancita ſint; & quòd obtinere debeant quæcumque in teſtamento meo de Monaſterio ſtatuam, æquè ac præſens Typicum, quod itidem nunquam mutandum & variandum eſt.

Cap. IV. Quomodo in Monaſterio verſari debeant neptes noſtræ, quas detonderi continget, quibúſque in illo degere conceditur; necnon quæ ex clariori & ſplendida vita ad hoc Monaſterium accedentes, in eo tondentur.

Cap. V. De numero Monialium.

Cap. VI. Quòd in una domo Moniales omnes habitare debeant.

Cap. VII. Quòd gratis

Digitized by Google

tondendæ ſint quas detonderi continget. Et quandonam ſuſcipiendum erit quod offeretur.

Cap. VIII. Quòd quæ à Secularibus pio propoſito Monaſterio Gratiâ-plenæ conſecrantur, mobilia ſeu immobilia, admittenda ſint.

Cap. IX. Quòd quæ Monaſterio aſſignantur, ſive mobilia ſeu immobilia, nunquam ſint alienanda.

Cap. X. Quandonam bonum mobile Monaſterii alienari poſſit.

Cap. XI. Quomodo eligenda & ordinanda ſit Præfecta.

Cap. XII. Quòd citra affectum fieri debeat Præfectæ & Officialium electio & ordinatio.

Cap. XIII. De amotione ejus quæ ſecus quàm par eſt Præfectæ munus obit.

Cap. XIV. Quòd OEconomus in Monaſterio eſſe debeat, eunuchus, & honeſtæ vitæ.

Cap. XV. De Sacerdotibus.

Cap. XVI. Quòd omnes Moniales ſub uno Patre ſpirituali eſſe debeant.

Cap. XVII. Qua ratione qui ad Monaſterium accedunt, Moniales alloqui debeant, & quinam, & quandonam.

Cap. XVIII. A quanam fieri debeat Officialium inſtitutio, & quomodo.

τὰς ἀποκείρεσθαι μελλούσας, καὶ πότε ἔσται δεκτὸν τὸ προσαγόμενον.

η. περὶ τοῦ τὰ παρὰ κοσμικῶν θεοφιλεῖ σκοπῷ ἀφιερούμενα, τῇ μονῇ τῆς κεχαριτωμένης, κινητά τε καὶ ἀκίνητα, δεκτέα εἶναι.

θ. περὶ τοῦ πάντα τὰ τῇ μονῇ ἀφοριζόμενα, ἀνεκποίητα εἶναι, κινητά τε καὶ ἀκίνητα.

ι. περὶ τοῦ, πότε κινητὸν τῆς μονῆς ἐκποιεῖσθαι δύναται.

ια. περὶ τοῦ πῶς δεῖ ἐπιλέγεσθαι καὶ προχειρίζεσθαι τὴν ἡγουμένην.

ιβ. περὶ τοῦ χωρὶς πάθους γίνεσθαι τὴν ἐπιλογὴν τῆς ἡγουμένης, καὶ προχείρισιν, καὶ τῶν διακονητριῶν.

ιγ. περὶ μετακινήσεως τῆς μὴ ὡς δεῖ ἡγουμενευούσης.

ιδ. περὶ τοῦ οἰκονόμον δεῖν εἶναι ἐν τῇ μονῇ εὐνοῦχον, καὶ σεμνοῦ βίου.

ιε. περὶ τῶν ἱερέων.

ιϛ. περὶ τοῦ πάσας τὰς μοναζούσας ὑφ' ἕνα εἶναι πνευματικὸν πατέρα.

ιζ. περὶ τοῦ πῶς οἱ παραβάλλοντες ὀφείλουσιν ἐντυγχάνειν ταῖς μοναχαῖς, καὶ τίνες, καὶ πότε.

ιη. περὶ τοῦ παρὰ τίνος δεῖ γίνεσθαι τὰς προχειρίσεις τῶν διακονητριῶν, καὶ πῶς.

Digitized by Google

ιθ. περὶ τῆς σκευοφυλακίσσης.

κ. περὶ τῆς ἐκκλησιαρχίσσης.

κα. περὶ τῆς τὰ ἐδώδιμα εἰσαγαγούσης τε, καὶ ἐξοδιαζούσης διακονητρίας, καὶ τῆς παρὰ ταύτης ὀφειλούσης γίνεσθαι τούτων ἀπογραφῆς.

κβ. περὶ τῆς οἰνοχόης.

κγ. περὶ τῆς ὡρειαρίας.

κδ. περὶ τῆς τῶν δοχειαρειῶν διακονίας.

κε. περὶ τῆς τραπεζαρίας, καὶ τῆς ταύτης διακονίας.

κϛ. περὶ προχειρίσεως ἐπιστημοναρχίσσης, καὶ τῆς διακονίας αὐτῆς.

κζ. περὶ τῶν ἐργοδοτειῶν.

κη. περὶ τῶν ἐν τῷ βεστίῳ δοχειαρειῶν.

κθ. περὶ τῆς πυλωροῦ.

λ. περὶ τοῦ πόσον χρόνον δεῖ περιμένειν ἐν τῇ μονῇ τὰς ἔξωθεν εἰσιούσας, καὶ μελλούσας ἀποκείρεσθαι.

λα. περὶ τοῦ τίνας δεῖ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὴν τῶν κτημάτων τῆς μονῆς πρόνοιαν.

λβ. περὶ ἀκολουθίας πρώτης, τρίτης τε καὶ ἕκτης ὥρας.

λγ. περὶ τῶν μεσωρίων τῆς πρώτης, τρίτης τε, καὶ ἕκτης ὥρας, τῶν τυπικῶν, τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.

λδ. περὶ τοῦ πόσους ἄρτους δεῖ προσφέρεσθαι καθ' ἑκάστην λειτουργίαν, καὶ ὑπὲρ τίνων.

Cap. XIX. De Scevophylaciſſa ſeu vaſorum Cuſtode.

Cap. XX. De Eccleſiarchiſſa ſeu Eccleſiæ Præpoſita.

Cap. XXI. De Officiali quæ eſui neceſſaria percipit & expendit; & quòd hæc ab ipſa ſcripto mandari debeant.

Cap. XXII. De vini Cuſtode.

Cap. XXIII. De Horrearia.

Cap. XXIV. De officio Depoſitariarum.

Cap. XXV. De Refectoraria, & ejus officio.

Cap. XXVI. De inſtitutione Epiſtemonarchiſſæ ſive diſciplinæ Præpoſitæ, & ejus officio.

Cap. XXVII. De Præpoſitis operum.

Cap. XXVIII. De Depoſitariis veſtiarii.

Cap. XXIX. De Oſtiaria.

Cap. XXX. Quanto tempore in Monaſterio expectare debeat quæ extrinſecus advenit, & tondenda eſt.

Cap. XXXI. Quinam ad curanda Monaſterii prædia mittendi ſint.

Cap. XXXII. De Officio primæ, tertiæ & ſextæ horæ.

Cap. XXXIII. De Meſoriis ſeu mediis horis primæ, tertiæ & ſextæ horæ, de Typicis, de ſacra Liturgia, & de ſancta Communione.

Cap. XXXIV. Quot panes in qualibet Liturgia offerendi ſint, & pro quibus.

Digitized by Google

CAP. XXXV. De Hora nona, Veſpertino, & Pannychide, ſive pervigilio.

λε. περὶ τῆς ἐννάτης ὥρας, ἑσπερινοῦ, καὶ τῆς παννυχίδος.

CAP. XXXVI. De Apodipnis ſeu Completorio.

λϛ. περὶ τῶν ἀποδείπνων.

CAP. XXXVII. De nocturno Officio.

λζ. περὶ νυκτερινῆς ἀκολουθίας.

CAP. XXXVIII. De Officio mediæ noctis.

λη. περὶ τῆς μεσονυκτίου ἀκολουθίας.

CAP. XXXIX. De initio Matutini.

λθ. περὶ ἐνάρξεως ὄρθρου.

CAP. XL. De vocatione ad menſam, & de diſciplina ibi ſervanda.

μ. περὶ τῆς εἰς τὴν τράπεζαν κλήσεως, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ διαγωγῆς.

CAP. XLI. Quid agendum ſi qua in refectione immodeſtè ſe geſſerit.

μα. περὶ τοῦ ἐάν τις ἐν τῇ ἑστιάσει ἀτακτῇ.

CAP. XLII. Quid agendum ſi qua de priori conſeſſu diſputarit.

μβ. περὶ τοῦ ἐάν τις περὶ πρωτοκαθεδρίας ἀμφισβητῇ.

CAP. XLIII. Quòd nihil ab invicem quærendum ſit.

μγ. περὶ τοῦ μὴ ζητεῖν τι παρ' ἀλλήλων.

CAP. XLIV. Quòd quæ bene valent communem menſam detrectare nequeant: & de infirmis.

μδ. περὶ τοῦ ἀπαραίτητον εἶναι τὰς ὑγιαινούσας τὴν κοινὴν τράπεζαν, καὶ περὶ νοσουσῶν.

CAP. XLV. Quòd ſecunda fieri debeat refectio.

με. περὶ τοῦ δεῖ δευτέραν γίνεσθαι ἑστίασιν.

CAP. XLVI. De victu in diebus Litaniarum ſive Proceſſionum.

μϛ. περὶ τῆς ἐν λιταῖς ἡμέραις τροφῆς.

CAP. XLVII. De victu in magna Quadrageſima.

μζ. περὶ τῆς ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ τροφῆς.

CAP. XLVIII. De victu in Quadrageſima ſanctorum Apoſtolorum, & Chriſti Natalitiorum.

μη. περὶ τῆς ἐν τῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τεσσαρακοστῇ, καὶ τῶν Χριστοῦ γενεθλίων τροφῆς.

CAP. XLIX. Quòd clam comedendum non ſit.

μθ. περὶ τοῦ μὴ λαθροφαγεῖν.

CAP. L. De paupertate.

ν. περὶ ἀκτησίας.

CAP. LI. Quòd non debeant Moniales ob Typici de

να. περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς μοναχὰς ἐπὶ τοῦ τυπικοῦ ὑποθήκαις περὶ

Digitized by Google

τῆς κοινοβιακῆς διαγωγῆς ἀθυμεῖν.

νβ. περὶ τοῦ πᾶσαν τὴν διοίκησιν τῶν μοναζουσῶν ἀπὸ τῶν εἰσόδων γίνεσθαι τῆς μονῆς.

νγ. περὶ τοῦ μὴ ἐξωμονίτιδας, ἢ καταπεμπτὰς προσδέχεσθαι ἐν τῇ μονῇ.

νδ. περὶ τοῦ καὶ ἐξωκουρίτιδας δέχεσθαι ἐναρέτους, εἰ μὴ βασιλικῇ, ἢ ἀρχοντικῇ χρήσαιντο δυναστείᾳ.

νε. περὶ τοῦ μὴ ἀλλοιοῦσθαί ποτε τὴν κοινοβιακὴν διαγωγήν.

νϛ. περὶ τοῦ τὴν αὐτὴν εἶναι πασῶν τῶν μοναζουσῶν βρῶσίν τε, καὶ πόσιν, καὶ ἐνδυμασίαν, χωρὶς τῶν ἀῤῥώστων.

νζ. περὶ τοῦ παραβάλλειν ἰατρὸν ἐν τῇ μονῇ, καὶ περὶ τῆς τῶν ἀσθενούντων προνοίας.

νη. περὶ λουτροῦ.

νθ. περὶ τῆς κατὰ τὴν κοίμησιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἑορτῆς.

ξ. περὶ τῆς κατὰ τὴν γέννησιν τῆς Θεοτόκου ἑορτῆς.

ξα. περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστουγέννων.

ξβ. περὶ τῆς ἑορτῆς τῆς ὑπαπαντῆς.

ξγ. περὶ τῆς τῶν ἁγίων παθῶν φωταψίας.

ξδ. περὶ τοῦ γίνεσθαι μετάδοσιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ πυλῶνι.

Cœnobitico inſtituto præcepta animo deficere.

Cap. LII. Quòd omnes expenſæ Monialium ex Monaſterii reditibus fieri debeant.

Cap. LIII. Quòd Exomonitides, ſive extraneæ Moniales, aut dimiſſæ in Monaſterium admittendæ non ſint.

Cap. LIV. Quòd Exocuritides, ſive extra Monaſterium detonſæ, virtute præditæ, admittendæ ſint: niſi Imperatoriâ, aut Magnatis cujuſpiam poteſtate uſæ fuerint.

Cap. LV. Quòd Cœnobiticum inſtitutum nunquam immutandum ſit.

Cap. LVI. Quòd idem eſſe debeat Monialium omnium cibus, potus & indumentum, exceptis infirmis.

Cap. LVII. De acceſſu Medici ad Monaſterium, & de infirmarum cura.

Cap. LVIII. De balneo.

Cap. LIX. De ſolennitate in Dormitione ſanctæ Deiparæ.

Cap. LX. De ſolennitate in Nativitate Deiparæ.

Cap. LXI. De feſto Chriſti Natalitiorum.

Cap. LXII. De feſto Occurſûs.

Cap. LXIII. De luminari ſacrarum Paſſionum.

Cap. LXIV. Quòd eleemoſyna quotidie fieri debeat ad oſtium.

Digitized by Google

Cap. LXV. Quòd ſingulis menſibus Typicum legi debeat, omnibus audientibus.

Cap. LXVI. De quotidiano divini Templi luminari.

Cap. LXVII. De crateribus in circulo trulli ſuſpenſis, & de reliquis.

Cap. LXVIII. De cereis accendendis.

Cap. LXIX. De aqua.

Cap. LXX. De ſepulcro Monialium.

Cap. LXXI. De variis commemorationibus per annum faciendis.

Cap. LXXII. De lavipedio quod in ſancta & magna Feria quinta fieri debet.

Cap. LXXIII. Quòd in ædificiis Monaſterii mutationes fieri non debeant.

Cap. LXXIV. Quòd Monaſterium externorum oculis nullatenus patere debeat.

Cap. LXXV. Quòd neque Pſaltæ advocandi ſint ad aliquam ſolennitatem: ſed illis quoque inacceſſum eſſe debeat Monaſterium.

Cap. LXXVI. Quomodo & ubinam ſepeliendæ ſint filiæ & neptes noſtræ, quæ in Monaſterio ſepeliri volent: & qua ratione fieri debeant earum commemorationes.

Cap. LXXVII. De numero Breviculorum & Typicorum venerandi Monaſterii Gratiâ plenæ, & ubinam

ξε. περὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι τὸ τυπικὸν εἰς ἐπήκοον πασῶν κατὰ μῆνα.

ξς. περὶ τῆς τοῦ θείου ναοῦ, καθημερινῆς φωταγωγίας.

ξζ. περὶ τῶν κύκλῳ τοῦ τρούλλου κρεμαμένων κρατήρων, καὶ τῶν λοιπῶν.

ξη. περὶ τῶν ὀφειλόντων ἅπτεσθαι κηρίων.

ξθ. περὶ τοῦ ὕδατος.

ο. περὶ τοῦ ταφείου τῶν μοναζουσῶν.

οα. περὶ διαφόρων μνημοσυνῶν ὀφειλόντων ἐτησίως τελεῖσθαι.

οβ. περὶ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι νιπτῆρος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ.

ογ. περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι μετασχηματισμοὺς ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς μονῆς.

οδ. περὶ τοῦ ἀκατόπτευτον πάντη διαμένειν τὴν μονήν.

οε. περὶ τοῦ μηδὲ ψάλτας συγκαλεῖσθαι ἐν τῇ ἑορτῇ, ἀλλ᾽ ἄβατον εἶναι καὶ τούτοις τὴν μονήν.

ος. περὶ τοῦ πῶς τε, καὶ ποῦ, δεῖ θάπτεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν παίδων ἡμῶν, καὶ τῶν ἐγγόνων, ἐν τῇ μονῇ αἱρουμένας ταφῆναι, καὶ πῶς τὰ τούτων γίνεσθαι μνημόσυνα.

οζ. περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν γεγονότων βρεβίων, καὶ τυπικῶν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς κεχαριτωμένης,

Digitized by Google

καὶ ὅπου ἕκαστον ὀφείλει ἀποτεθῆναι.

οη. παρακλητικὴ παραίνεσις πρὸς τὰς μοναχάς.

οθ. περὶ τῶν ἐν τῇ μονῇ νεουργηθέντων παρὰ τῆς βασιλείας μου πολυτελεστέρων οἰκημάτων.

π. περὶ τῶν ὀφειλουσῶν ἔχειν τὴν ἐφορείαν τῆς μονῆς.

περὶ τοῦ περιορισμοῦ τῆς μονῆς.

quodlibet eorum ſit reponendum.

Cap. LXXVIII. Adhortatoria parænesis ad Monachas.

Cap. LXXIX. De ſumtuoſioribus ædibus à mea Majeſtate in Monaſterio nuper ædificatis..

Cap. LXXX. De iis quæ Monaſterii inſpectionem habere debent.

De ambitu Monaſterii.

ΤΥΠΙΚΟΝ

ΤΗΣ ΣΕΒΑΣΜΙΑΣ ΜΟΝΗΣ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς ΚΕΧΑΡΙΤΩΜΕΝΗΣ, τῆς ἐκ βάθρων νεουργηθείσης καὶ συστάσης παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης Κυρᾶς ΕΙΡΗΝΗΣ ΤΗΣ ΔΟΥΚΑΙΝΗΣ, κατὰ τὴν αὐτῆς πρόσταξιν καὶ γνώμην ὑφηγηθέν τε καὶ ἐκτεθέν.

TYPICUM

VENERANDI MONASTERII ſanctiſſimæ Deiparæ KECHARITOMENES, ſeu GRATIA-PLENÆ, à fundamentis nuper exſtructi & conditi à piiſſima Auguſta Domna IRENE DUCÆNA, juxta ejus juſſionem & ſententiam enarratum & editum.

MULTORUM quidem magnorumque bonorum, (ô Dei Verbi viventis Mater ſine partûs dolore, & poſt partum virginitatis rurſum Theſaurus puriſſimus) nobis autor & largitor fuit Filius

ΠΟλλῶν μὲν ἡμῖν ἀγαθῶν, καὶ μεγάλων, ὦ Θεοῦ λόγου ζῶντος μῆτερ, ὠδίνων ἄνευ, καὶ μετὰ τόκον παρθενίας πάλιν κειμήλιον παναγέστατον, ὁ σὸς υἱὸς, καὶ

Θεὸς,

Θεὸς, ἀρχηγὸς, καὶ σωτὴρ ἐχρημάτισεν, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὡς ἀληθῶς Ἰησοῦς, καὶ Θεὸς μεθ' ἡμῶν, τὸ μέγα τοῦτο κατὰ τὸν ἅγιον Ἡσαΐαν τοῦ Ἐμμανουὴλ σημαινόμενον, καὶ σεβάσμιον· ἐκ τε τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, καὶ τὸ εὖ εἶναι διὰ πάντων ἡμῖν χαρισάμενος, καὶ λόγῳ τετιμηκὼς, καὶ κριτήρια τῶν ὄντων, αἴσθησίν τε καὶ νοῦν δωρησάμενος· καὶ τούτοις τῶν ἐπὶ γῆς διαστήσας ζώων, καὶ βασιλέα τούτοις ἐπιστήσας τὸν ἄνθρωπον βασιλευόμενον ἄνωθεν.

„ Καὶ τί ἀνταποδώσομεν τῷ κυ-
„ ρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν
„ ἡμῖν; τῇ δημιουργίᾳ συμπαραζεύξας καὶ πρόνοιαν, καὶ οὐδέπω μέχρι καὶ δεῦρο τὰς τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν δαψιλεῖς πηγὰς ἐπισχών· ἐξ οὗ δὴ καὶ οὐρανὸν ἐγύρωσε, καὶ χρόνον διέστησε, καὶ ἀέρα διέχεε, καὶ ὑφήπλωσε γῆν, καὶ τῶν ὁρωμένων ἐπόπτην τὸν ἄνθρωπον κατεστήσατο. μεγάλα μὲν οὖν δὴ καὶ ταῦτα, καὶ τῆς παρακτικωτάτης τούτων, καὶ συνεκτικωτάτης δυνάμεως ἄξια. καὶ κατὰ τὸν μέγαν φάναι Δαβίδ,
„ ἔλεον αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει ποτὲ, καὶ
„ ἀλήθειαν;

Ἀλλ' οἷον δή σε ἡμῖν ἀγαθὸν ὁ μεγαλόδωρος ἐδωρήσατο, πνεύματός τε ἁγίου ἐπέλευσις, καὶ ὑψίστου ἐπισκιάσασα δύναμις, καὶ ναὸν ἑαυτῷ λογικόν τε καὶ ἔμψυχον, ἀχράντως τε, καὶ ἀμεταβόλως ἐκ

tuus & Deus, Salvator noſter revera Jeſus, & *nobiſcum-Deus:* (magnum illud & venerandum juxta Sanctum Heſaïam, *Emmanuel* nomine ſignificatum) qui nos ex nihilo in naturam produxit, præſtantemque omnino naturam nobis donavit: qui nos ratione honoravit, & rerum judices ſenſum mentemque largitus eſt; ut iis nos diſtingueret à brutis terræ animantibus, quibus Regem impoſuit hominem ſuperno Regi ſubditum.

Et *quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis?* qui creationi providentiam copulavit, & qui hactenus nobis largos bonorum fontes numquam continuit; ex quo & cælum in gyrum compoſuit, & tempus diſtinxit, & aërem effudit, & terram explicavit, & hominem viſibilium inſpectorem conſtituit. Magna equidem hæc, & ſumma poteſtate ea producente & conſervante digna. Et ut cum magno David loquamur: *Miſericordiam & veritatem ejus quis umquam requiret?*

Pſal. 115.

Pſal. 60.

Sed qualete bonum magnificus ille, Spirituſque Sancti adventus, & Altiſſimi virtus obumbrans, nobis donavit, cùm ex tuo virginali & caſtiſſimo ſanguine templum ſibi rationale & animatum, nec

Digitized by Google

labe nec mutatione interveniente paravit, & in tempore ſine patre ex te eſt genitus, qui ante ſecula ſine matre ex Patre natus eſt? Sed quale te bonum, ut dixi, aliorum quoque dator bonorum nobis largitus eſt, dum te ſcalam erexit, & pontem te extendit, qui humanum genus ad cælum evehat & traducat? Si totum cælum in vocem unam reſolvi contingeret, non dignè, puto, doni hujus magnificentiam Deo dignam explicaret, vel decantaret. *Quis enim loquetur potentias Domini, aut quis auditas faciet omnes laudes ejus?* Aut quæ lingua, ô gratiâ plena Dei Verbi Mater, divina ſigna omni tempore & ubique per te edita enarrabit, quibus & firmamentum Fidei in Deum inconcuſſum manet, & impietatis præſidia ſubvertuntur, & ſacra ſecundùm Chriſtum Religio ſuper fundamentum Apoſtolorum ſolidè firmata eſt? Quis miraculorum tuorum magnitudinem eloquetur? Quis diverſis temporibus exhibita prodigia enarrabit? Quis magnificentiam tuam enuntiabit? aut mirabilia decantabit, quibus Imperium roboras, tyrannides evertis, & genus chriſtianiſſimum in ſpe beatæ & futuræ vitæ collocas?

Pſal. 105.

Ego verò quo utar ſermone,

τῶν σῶν παρθενικῶν παναγνῶν αἱμάτων ὑποστησάμενος· καὶ ὑπὸ χρόνον ἄτερ πατρὸς ἐκ σοῦ γεννηθεὶς, ὁ πρὸ αἰώνων ἄτερ μητρὸς φὺς ἐκ πατρός; ἀλλ' οἷον δή σε ἡμῖν ἀγαθὸν, ὅπερ ἔφην, ὁ καὶ τῶν ἄλλων ἡμῖν ἀγαθῶν δοτὴρ ἐδωρήσατο, κλίμακά τε ἐπάρας, καὶ ὑφαπλώσας σε γέφυραν πρὸς οὐρανὸν ἀνάγουσαν, ἢ μετάγουσαν τὸ ἀνθρώπινον; οὐδ' εἰ ξύμπαντα τὸν οὐρανὸν πρὸς φωνὴν ἀναλυθῆναι μίαν ἐγένετο, ἀξίως ἂν οἶμαι ἡρμήνευσεν, ἢ ἐξύμνησε τὸ μεγαλεῖον τοῦ δώρου τούτου τὸ ἀξιόθεον· τίς γὰρ λαλήσει « τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου, ἢ τίς « ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις « αὐτοῦ; ἢ ποία γλῶσσα τὰς ἑκάστοτε « διά σου θεοσημίας, ὦ κεχαριτωμένη τοῦ Θεοῦ λόγου μῆτερ, ἐκδιηγήσεται, αἷς καὶ τὸ τῆς εἰς Θεὸν στερέωμα πίστεως μένει ἀκράδαντον, καὶ ἀσεβείας καθαιρεῖται τὰ ὀχυρώματα, καὶ ἡ ἱερὰ θρησκεία κατὰ Χριστὸν ἐπὶ τοῦ θεμελίου τῶν ἀποστόλων ἀῤῥεπῶς ἐστήρικται; τίς ἐξείποι τὰς τῶν σῶν θαυμάτων μεγαλειότητας; τίς τὰ κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐξηγήσεται τέρατα; τίς ἐξαγγελεῖ σοι τὰ μεγαλεῖα, ἢ τὰ παράδοξα ἐξυμνήσειεν, οἷς καὶ βασιλείαν κρατύνεις, καὶ καθαιρεῖς τυραννίδας, καὶ ἐπ' ἐλπίδι διαζωῆς μελλούσης τὸ * φύλλον κατασκηνοῖς τὸ χριστιανικώτατον;

* γρ. φῦλον

Ἐμοὶ δὲ δή τις ἂν γένοιτο λόγος,

ὦ [a] τῶν ὑπερκοσμίων ἁπάντων Θεογεννήτρια, τὴν τῶν περὶ ἐμέ σου θαυμασίων ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων εἰς τόδε ἡλικίας μεγαλειότητα, ἢ ἁπλῶς [b] ἐξηγούμενος, ἢ πειρώμενος ἐξυμνεῖν, καὶ τὸ τῆς περὶ ἐμέ σου ἐκ σπαργάνων ἔτι χρηστότητος ἐξηγήσασθαι πέλαγος; τά τε γάρ μοι πρὸς γένεσιν, ὦ τῶν μὲν ἡμετέρου γένους σωτηριωδέστατον αὔχημα, τῶν δὲ ἐν οὐρανοῖς ὁμηγύρεων ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὡς εἰκὸς, πανηγύρεσι περιλάλητον ἀγαλλίαμα, ἐξ εὐσεβοῦς τε γένους, καὶ πρὸς ἀρετὴν εὐφυοῦς, εὐμενείᾳ Θεοῦ, καὶ τῇ σῇ ἐπιστασίᾳ, καὶ ἀντιλήψει, τὴν ἀρχὴν ἐκληρώσατο· τά τε πρὸς ἀναγωγὴν, καὶ παιδείαν, ὑπὸ καλλίστοις νόμοις πεπαιδαγώγηται· καὶ ἐν ἔθεσιν, ἀπέστω φθόνος, καὶ κόμπου βάρος, οὐδὲν ἐπαγομένοις ἐπισεσυρμένον, ἢ δυσανάγωγον. καὶ τοῦτο πάντως δῶρον Θεοῦ, καὶ τῆς Θεομήτορός σου. τά τε πρὸς τὴν χρονικὴν σαφῶς τρυφειότητα, τίνι τῶν ἁπάντων, ἢ ἁπασῶν, οὕτως ὡς ἐμοὶ τῇ σῇ θεραπαίνῃ, διὰ πάντων εὐώδωσας πρὸς τὸ εὐμενέστερον; ἡ τοῖς νοητοῖς, καὶ ἀκηράτοις ὡς ἀληθῶς κροσσωτοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη βασίλισσα, καὶ ἐκ δεξιῶν

ô Dei Genitrix cæleſtium omnium Domina, ſi tuorum erga me mirabilium à teneris unguiculis ad hoc uſque ætatis magnificentiam vel ſimpliciter recitavero, vel laudibus celebrare tentavero; & ſi tuæ ab incunabulis etiamnum benignitatis erga me pelagus enarrare voluero? Nam quod ad ortum meum ſpectat, (ô noſtri quidem generis admodum ſalutaris gloriatio, beatorum verò cœtuum in cæleſtibus, ut par eſt, celebritatibus præclara exultatio) ex pio & ad virtutem proclivi genere, Dei benignitate, tuáque curâ & patrocinio ductus eſt. Quod verò ad educationem & inſtitutionem; ſub præſtantiſſimis legibus & moribus (abſit invidia & jactantiæ moleſtia) nihil diſſoluti vel pravæ conſuetudinis ſecum trahentibus curata eſt. Et hoc planè Dei, & tui Dei Matris donum. Quod autem ad temporalem felicitatem liquidò attinet; cui omnium cujuſvis ſexûs, ut mihi famulæ tuæ, ad feliciora proſperum iter per omnia paraſti? ô Regina ſpiritualibus, & verè incorruptis fimbriis circumamicta, varietate circumdata, & ſtans à dextris Om- Pſal. 44.

a ὦ τῶν ὑπερκοσμίων ἁπάντων Θεογεννήτρια. Hæc loquendi ratio in hoc Typico inſolens non eſt, ſic aliàs reperire eſt: Θεοτόκε μου, Θεοτόκος ἡμῶν.

b ἐξηγούμενος. Auguſtæ Scriba non advertens, ſibi in perſona Dominæ ſuæ loquendum eſſe, maſculino interdum utitur genere.

nipotentis: cùm enim omnia mea ſecundis quoad hominem rebus circumdederis, vel potiùs perfuderis, & nihil humanæ proſperitatis à circuitu meo amoveris; me inſuper ad felicitatis humanæ faſtigium, quibus noſti rationibus, ad Imperium ſcilicet evexiſti. Iis maximam in Purpura fœcunditatem addidiſti, cùm me matrem priùs factam & vocatam, aviam inſuper maternam, & aviam paternam effici, & nuncupari tribuiſti. Iis adjeciſti maximum Imperatoriæ poteſtatis ad hanc uſque diem incrementum; præclara & victricia Imperatori in arduis caſibus periculoſiſque temporibus auxilia: ejuſdem magna, Romanoque Imperio ſalutaria trophæa, quæ te opitulante de Barbaris retulit: cariſſimorum noſtrorum morbo laborantium reſtitutam ſanitatem, ſive potiùs è faucibus rapientis leonis liberationem. *Dies ſuper dies Regis inſuper adjicias*, & eſto illi invicta adverſus Barbaros belli ſocia: ut hereditas tua & curæ tuæ credita magna Urbs, fons & radix pietatis ſemper virens & perennis ſervetur.

Angelorum igitur linguis hæc dimittens, quibus qui-

ἰςᾶσα τοῦ παντοκράτορος, τὰ γὰρ δὴ κατ᾽ ἀνθρώπους εὐετηρίαις, τὰ κατ᾽ ἐμὲ πανταχόθεν περικυκλώσασα, ἢ ἐπικλύσασα, καὶ οὐδὲν ὅτι τῆς κάτω ἀνθρωπίνης εὐεξίας τῶν περὶ ἐμὲ περιβόλων στήσασα πόρρωθεν, ἔτι με καὶ πρὸς τὸ τῆς κατ᾽ ἀνθρώπους εὐδαιμονίας ἀκρότατον, οἷς οἶδας λόγοις, τὴν βασιλείαν ἀνήγαγες. τούτοις τὸ ἐν [a] πορφύρᾳ τέθεικας γονιμώτατον τῇ μητρικῇ μοι χρήσει, καὶ κλήσει, τὴν μητρομήτορα προσθεμένη, καὶ πατρομήτορα. τούτοις τὸ τῆς βασιλικῆς δυναστείας μέχρι καὶ τήμερον παρέζευξας παρατατικώτερον, τὰς καλλινίκους ὑπὲρ βασιλέως ἐπιμαχίας ἐν δεινοῖς, καὶ καιροῖς κινδυνώδεσι, τὰ τούτου κατὰ βαρβάρων ὑπό σοι συμμάχῳ μεγάλα τε, καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ σωτήρια τρόπαια, τὰς τῶν φιλτάτων ἡμῖν ἀναῤῥώσεις ἐν νόσοις, ἢ καὶ ἀναῤῥύσεις ἐκ φάρυγγος ἁρπάζοντος λέοντος. προσθήσοις δή γε καὶ « ἔτι ἡμέρας τοῦ βασιλέως, καὶ σύμ- « μαχος τούτῳ κατὰ βαρβάρων ἀπρόσμαχος γένοιο· ἵνα δή σοι καὶ ἡ κληρονομία, καὶ ἡ χειρεθεῖσά σοι μεγαλόπολις, πηγὴ καὶ ῥίζα τῆς εὐσεβείας ἀειθαλὴς διασώζηται καὶ ἀέναος.

Ἀγγέλων οὖν ἐπὶ τούτοις ἀφεῖσα γλώσσαις, αἵ τινές ποτε ἀγγέ-

[a] πορφύρα. Sic vocabatur domus Conſtantinopoli, in ſepto Imperialis Palatii ſita, in qua Imperatrices parere ſolebant, unde nomen Porphyrogeniti. Anna Comn. Alexiadis l. 7. & alii Hiſtoriæ Byzantinæ Autores paſſim.

λων γλῶσσαι πεφύκασι τὴν σὴν εὐφημεῖν τε, καὶ γεραίρειν μεγαλειότητα, καὶ τὸ ὑπὲρ τοὺς ἀνωτάτω, καὶ πρεσβυτάτους θρόνους, καὶ τὰ χερουβὶμ ἀκηλίδωτον, καὶ ἀμόλυντον, καὶ νοερῶς ἀνθομολογεῖσθαί σοι, διὰ τὸ περὶ ἡμᾶς συμπαθές τε, καὶ φιλάνθρωπον· μόνον ἐγὼ τὸν ἐπιστρεπτικὸν ἀντεισφέρω σοι μάλα ζέοντα ἔρωτα, τὸν προνοητικώτατόν τε καὶ σωστικώτατον, μετὰ τοῦ μονογενοῦς τε καὶ πρωτοτόκου ἐτρέφουσῃ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἔρωτα.

Καί μοι τὸ φρικτόν τε καὶ μέγα τὸ σῆς θεοτοκίας ἀξίωμα, περιλάλημα θυμηρέστατον, καὶ ἐννόημα ἀδιάληπτον, ἐπί τε τὴν σὴν ἱερὰν λοχείαν, πᾶσαν ἡδονὴν εὐαγῆ, καὶ εὐφροσύνην καλῶ. καὶ οὐδέν μοι πάντων οὕτω χαριέστατον ἄκουσμα, ἢ διήγημα, ὡς τὰ περί σε θαυμάσια, καὶ μυστήρια, καὶ τὸ τῶν ἐφ' ἡμᾶς ἐπιρροίας τῶν ἀγαθῶν ἐκ Θεοῦ διά σου μέσης ἀέναον.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἄξιον μὲν οὐδὲν εἶναι παρ' ἡμῖν οἶδα, τῆς σῆς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν ἁγιότητος· καθάπερ οὐδὲ τοῦ τὸ ἡμέτερον ἐκ σοῦ πτωχεύσαντος φύραμα, οἷς οὐδὲν ἑαυτῶν, ἀλλὰ τὰ πάντα Θεοῦ, καὶ ἡμεῖς. γεννησάσῃ γάρ σοι τὸν λόγον

dem Angelorum linguis id naturâ tributum eſt, ut magnitudinem tuam, necnon incontaminatam & immaculatam tuam puritatem, ipſos ſupremos antiquiſſimoſque Thronos, & Cherubim ſuperantem, celebrare valeant, & laudibus ornare; ac ſpiritualiter tibi confiteri ob tuam erga nos commiſerationem & benignitatem; ſolum ego ferventiſſimum amorem in vicem offero tibi, quæ cum Unigenito ac Primogenito tu o providentiſſimum ſaluberrimumque erga humanum genus amorem nutriviſti.

Et mihi quidem jucundiſſimum eſt, tremendam & magnam divini tui partûs dignitatem decantare, cujus cogitatum enarrare nequeo; ad tuum verò ſacrum puerperium omnem ſanctam lætitiam & voluptatem advoco. Ac nihil mihi inter omnia æquè jucundum auditu vel narratu, atque tua mirabilia & myſteria, necnon perennis bonorum influxus, qui à Deo per te intermediam ad nos uſque decurrit.

Verùm pro iſtis nihil apud nos eſſe novi dignum tuâ omnem ſermonem & intellectum ſuperante ſanctitate: ut neque illo qui noſtram ex te maſſam emendicavit; apud nos, inquam, qui nihil noſtrum habemus, ſed omnia Dei, & nos ipſi. Tibi enim

quæ ſupra omnem rationem
Verbum materiæ expers ge-
nuiſti, hinc tributum eſt ut
nullo egeas, & perfecta ſis,
& ut quæcumque defluente
materia conſtant, nullius apud
te ſint pretii.

At quandoquidem impoſſi-
bile eſt, ut qui adhuc inter
hæc infima verſantur, & qui
ſecundùm hominem vitam de-
gunt, divinioribus quibuſ-
dam, & materiâ ſublimiori-
bus primitiis, ferventis in te
fidei dent ſpecimen; tibi Ver-
bi Matri (Verbi ſcilicet ad-
temperatione & humilitate)
per zelum & imitationem,
ex iis quæ apud nos & ſecun-
dùm nos ſunt, ipſa ſacrum
Templum ædificavi, tibi,
Pſ. 64. *ſancto Templo*, & juxta pro-
genitorem tuum & magnum
David *in æquitate mirabili*:
in quo cantatrices tibi &
Pſ. 67. divinæ beatitudini *unius mo-
ris* è pudico apud nos fœmi-
neo ſexu *inhabitare feci*. Et
neceſſaria annuo & quotidia-
no caduci corporis uſui, ex
magnis à te mihi conceſſis
donis, ſervata proportione,
ſingulis congruenter aſſigna-
vi. Quin & cœnobiticam
omnino ipſis tradidi Regu-
lam, id maximè & ex omni
parte curans, hocque divino
Inſtituto illis concilians, ut
in ſacra illa converſatione
alienis curis expediantur.

Illæ verò juxta ſpem & vo-
tum meum aſceticum decur-

ὑπὲρ λόγον, τὸν ἄϋλον, τό, τε ἀνεν-
δεὲς ἐντεῦθεν ἀπεκληρώθη καὶ τέ-
λειον, καὶ τὰ τῆς κάτω ῥεούσης ὕλης
οὐκ ἔντιμα.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῖς ἔτι περὶ τὰ κά-
τω στρεφομένοις, καὶ ζῶσι κατ' ἄν-
θρωπον, ἀμήχανον θειοτέραις τι-
σὶν ἀπαρχαῖς, καὶ ὑπὲρ τὴν ὕλην,
τὸ τῆς περί σε πίστεως ζέον ἐνδείκνυ-
σθαι· σοί τε τῇ τοῦ λόγου μητρὶ, τὸ
τοῦ λόγου συγκαταβατικόν τε, καὶ μέ-
τριον, διὰ ζήλου τε καὶ μιμήσεως,
ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τε καὶ καθ' ἡμᾶς,
εὐαγῆ καὶ αὐτὴ ναὸν δειμαμένη τῷ
ἁγίῳ ναῷ σοι, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ,
κατὰ τὸν σὸν προπάτορα, καὶ μέγαν
Δαβὶδ, θαυμαστῷ, ὑμνῳδοὺς σοι
μονοτρόπους, καὶ τῇ θείᾳ μακαριό-
τητι τοῦ παρ' ἡμῖν σώφρονος θή-
λεος γένους, ἐν τούτῳ κατῴκισα·
τὰ ἐτήσιά τε, καὶ ἡμερήσια κατὰ λόγον
ἀναγκαῖα τῷ ἀπορρύτῳ τοῦ σώμα-
τος, ἀπὸ τῶν σῶν μεγάλων ἐμοὶ
δωρεῶν ἑκάστῃ τούτων ἐπιμετρήσα-
σα κατὰ τὸ ἀνάλογον. μᾶλλον δὲ καὶ
κοινοβιακὴν διὰ πάντων καταστή-
σασα ταύταις τὴν ἄσκησιν, καὶ παν-
ταχόθεν περὶ τὴν ἱερὰν πολιτείαν
τῷ θείῳ τούτῳ συντάγματι τὸ ἀ-
περίσπαστον περιποιησαμένη, καὶ συγ-
κροτήσασα.

Αἱ δή μοι καὶ κατ' ἐλπίδα τε καὶ
εὐχὴν, τὸν ἀσκητικὸν διαθέουσαι

Digitized by Google

δίαυλον, ἐξ οὗ δὴ τὴν καλὴν ἐκείνην ὁμολογίαν περὶ τὴν ἱερὰν ταύτην μάνδραν, Θεοῦ τε καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων ἐνώπιον ὡμολόγησαν. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθά μοι αἱ ἐπὶ σοί, παρθένε μῆτερ Θεοῦ, ἐλπίδες διημαρτήκασι, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις εὐχαριστήρια χοροί σοι πάντως ἀγγέλων οἰσουσιν, οὓς ἐπὶ σωτηρίᾳ χαίρειν ἀνθρώπου, καὶ μεγάλα σκιρτᾷν διαγορεύει τὰ εὐαγγέλια.

Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὕτω δή σοι τῇ τεκούσῃ τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν Θεοῦ πόθου περιουσίᾳ τὴν ἱερὰν ἐδειμάμην μάνδραν, καὶ ἀγέλην λόγῳ τετιμημένην, τῇ τοῦ πρώτου, ἢ καὶ ἑνὸς ποιμένος, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα μητρί σοι προσήγαγον. σὺ δέ μοι, ὦ, τί ἄν σέ τις εἰπὼν ὀρθῶς προσείποι; τὴν κεχαριτωμένην παρὰ Θεῷ, τὴν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, τὴν ὑπὲρ τὰ νοούμενα, τὴν τοὺς ὅρους ὑπερβᾶσαν τῆς φύσεως, τὴν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτιδα. τί τὰ πολλὰ μηκύνω; τὴν ἀληθῶς ὑπὸ παρθενίᾳ καὶ ἁγνότητι Θεομήτορα. σὺ δέ μοι τὴν ἐγκάρδιον πίστιν ἐπιεικῶς διαβασανίσασα, δέξαι τὴν ἀπαρχὴν εὐμενῶς, καὶ μὴ ἀπώσῃ μοι τὴν προσαγωγήν, μηδὲ ἀποστρέψῃς ἀπὸ τῆς παιδός σου τὸ πρόσωπόν σου· ἀλλὰ τῷ δεξιῷ τῆς ἀρχῆς προσθεὶς καὶ τὸ τοῦ πέρατος αἴσιον, τὰς τοῖς τοῦ παναγίου περιηργυρωμένας χαρίσμασι πνεύματος καὶ αὐτὴ κατὰ τὸν Μωϋσέα διεῖσα,

runt ſtadium, ex quo pulchram illam profeſſionem apud ſacrum hoc ovile, in conſpectu Dei & electorum Angelorum emiſere. Neque mea in te ſpe, ô Virgo Mater Dei, hac in parte lapſa ſum; ac pro iis gratias tibi ſanè referent Angelorum chori, quos de ſalute hominis gaudere & magnopere exultare dicunt Evangelia.

Sic quidem tibi, quæ magnum ovium Paſtorem peperiſti, in divini amoris abundantia ſacram illam exſtruxi caulam; & gregem ratione honoratum, tibi primi, imò unici Paſtoris, juxta ſapientem Salomonem, Matri obtuli. Tu verò, ô, quid te dicendo quis rectè compellaverit? gratiâ plenam apud Deum, quæ es ſuper omnia viſibilia, & ſuper omnia quæ intellectu apprehenduntur, quæ naturæ terminos ſuperaſti; Dei & hominum mediam! quid multis moror? ſalva revera virginitate & caſtitate Dei Matrem! Tu, inquam, internâ fide meâ ſatis exploratâ, has primitias benevolo animo ſuſcipias, & munus iſtud à me oblatum ne reſpueris, neque avertas faciem tuam à filia tua: ſed fauſto initio proſperum finem adjungas; expandenſque juxta Moyſen tuas ſanctiſſimi Deut. 32. v. 11. Spiritûs donis deargentatas

alas, ô immaculata, ita pul-
chram ejuſmodi caulam cir-
cummunias, gregemque iſtum
tuæ magnificentiæ conſecra-
tum, ô Virgo & Mater, num-
quam circumveniri ſinas per
inſidias circumeuntis & quem
devoret quærentis leonis, qui
cum fame & dolo ſacrum ſe-
ptum circuit: fæmineumque
Sororum animum in virilem
ad virtutem immutes: fortiſ-
ſimâ dexterâ tuâ præclarum
hunc gregem aſſiduè prote-
gas; ut antiquus Supplanta-
tor & Draco, nullam apud
ipſas Evam rurſus inveniat,
cujus auribus exitiales, & ad
inferni laqueum deducentes
cavillationes ſuſurret. Sed ſi-
mul omnes ſub tuo validiſſi-
mo patrocinio ſtationem ha-
bentes, diverſoque ſtudio in-
cumbentes, circa ſacrum hoc
alveare cum ſuaviſſima mo-
dulatione bombilent: virtu-
tis fructum ſuper mel dulcem
Pſ. 91 operantes: in aula ſancta Dei
adorantes puriſſimè Domi-
Pſ. 115. num: Deo ſacrificantes ho-
Pſ. 118. ſtiam laudis: ſepties in die
laudem dicentes ſuper teſti-
monia juſtitiæ divinæ: divi-
Pſ. 118. nam beatitudinem tuamque
magnitudinem celebrantes:
ad confitendum ſuper judicia
ſuperſubſtantialis Deitatis
Pſ. 150: ſurgentes: cum Davide me-
dia nocte extollentes ſanctas
manus, ſine ſermocinationibus

πανααμώμητε, πτέρυγας, καὶ τὴν καλὴν ταύτην μάνδραν οὕτω περιθειληκύσασα, καὶ τῷ περιϊόντι, καὶ τίνα καταπίοι ζητοῦντι, καὶ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους ὑπὸ λιμῷ τε καὶ δόλῳ περιοδεύοντι λέοντι, τὴν ἀνατεθεῖσαν ταύτην ἀγέλην τῇ σῇ, παρθένε καὶ μῆτερ, μεγαλειότητι συντηροῦσα καθάπαξ ἀνεπιβούλευτον, καὶ τὸ θῆλυ πρὸς ἀρετὴν ἀρρενοῦσα τῇ ἀδελφότητι, καὶ τὴν πανσθενῆ σου δεξιὰν ὑπερέχουσα τοῦ καλοῦ τοῦδε ποιμνίου κατὰ τὴν διηνέκειαν· ὡς μὴ δὲ μίαν καὶ πάλιν ἐν ταύταις Εὔαν εὑρεῖν τὸν ἀρχαῖον πτερνιστήν τε καὶ δράκοντα, ἢ ψιθυρίσαι ταύτης πρὸς ὦτα θανατηφόρα σοφίσματα, καὶ πρὸς ᾅδου κατάγοντα πέταυρον. ἀλλ' ἅμα πάσας ὑπὸ τὴν σὴν κραταιοτάτην αὐλιζομένας ἀντίληψιν, τὸ ἱερὸν, καθ' ἑτέραν ἐπιβολὴν, μελισσῶνα τοῦτον περιβομβεῖν ἐμμελέστατα, τὸν τῆς ἀρετῆς ἐργαζομένας καρπὸν ὑπὲρ μέλι γλυκάζοντα, ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ Θεοῦ προσκυνούσας ἀχράντως τῷ κρείττονι· Θεῷ θυσίαν θυούσας αἰνέσεως· τῆς ἡμέρας ἑπτάκις ἐπὶ τὰ τῆς θείας δικαιοσύνης αἰνούσας μαρτύρια· καὶ τήν τε θείαν μακαριότητα, τήν τε σὴν ἀνυμνούσας μεγαλειότητα· ἐπὶ τὰ τῆς ὑπερουσίου Θεότητος κρίματα ἐξεγειρομένας· μετὰ τοῦ Δαβὶδ μεσονύκτιον ἐν ταῖς νυξὶν ἐπαιρούσας ὁσίας χεῖρας, χωρὶς διαλογισμῶν,

εἰς

Digitized by Google

εἰς τὰ ἅγια· ἐν ἐκκλησίαις τὸν Θεὸν εὐλογούσας κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ· τὸν χοῦν κενώσας, τὸν νοῦν πτερούσας· δουλευούσας τῷ κυρίῳ· ζεούσας τῷ πνεύματι· ἀλλήλας κατανοούσας εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης, καὶ καλῶν ἔργων κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον.

Ἐν τούτοις δή μοι τὴν ποίμνην ταύτην, ὦ κεχαριτωμένη τοῦ λόγου μῆτερ, καὶ τῶν ἁπάντων βασίλισσα, διατήρει τε καὶ διάσωζε, ὡς ἐντεῦθεν κακίαν τε τούτων πᾶσαν καὶ ἄγνοιαν ἐξελαύνεσθαι, καὶ διὰ τῆς καθάρσεως ἀεὶ βαδίζειν ταύτας πρὸς καθαρότητα, καὶ τὰς τούτων ἱκετηρίας εἰς ὦτα κυρίου Σαβαὼθ ἀνατείνεσθαί τε, καὶ εἰσοικίζεσθαι. καὶ οὕτως ἡμῖν ἐκεῖθεν ἐφήκειν ἅπαν ὅτι σωτήριον· τῇ ἱερατείᾳ, τῇ βασιλείᾳ, τῷ κατὰ Χριστὸν πολιτεύματι· ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὸν τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν διέποντα, ἐν ἀκεραιότητι εὐσεβείας διέπειν τε τὸ ὑπήκοον· καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ καὶ εὐστάθειαν πραγματεύεσθαι, ἐν καλοῖς παντοίοις συντηρούμενον, καὶ βαρβάρους τροπούμενον, ὅσοι τε ὁρατοὶ, καὶ ὅσοι ἀόρατοι· ὅσοι τε τὰ νῶτα τούτῳ τηροῦσιν, ὅσοι κατὰ στέρνων τοῦτον πειρῶνται παίειν· ὅσοι τε ὑπερόριοι, καὶ ὅσοι αὐθιγενεῖς, ἢ ἐγκόλπιοι τούτῳ δράκοντες, τὸ ἀπευκταῖόν τε καὶ ἀπώμοτον.

Τοιοῦτον δή σοι τὸν βασιλέα μετὰ τῆς ἐξ αὐτοῦ, τά τε ἄλλα, καὶ περὶ

in ſancta : in Eccleſiis bene-
dicentes Deo Domino de fon- Pſ. 67.
tibus Iſraël : terram evacuan-
tes, mentem quaſi alis ſub-
levantes : Domino ſervientes, Rom. 12. 11.
Spiritu ferventes : conſiderantes invicem in provocationem
caritatis & bonorum operum, Hebr. 10. 24.
juxta ſanctum Apoſtolum.

In his itaque mihi, ô gratiâ plena Verbi Mater, & omnium Regina, gregem hunc conſerves & cuſtodias, ut hinc omnis malitia & ignorantia ab iis expellatur, & per purgationem ſemper accedant ad puritatem ; earumque ſupplicationes ad aures Domini Sabaoth attollantur & inducantur. Eoque pacto nobis inde adveniat quodcumque ſalutare ; Sacerdotio videlicet, Imperio, & Reipublicæ Chriſtianæ ; ut hinc qui Chriſti Imperium adminiſtrat, in pietatis integritate ſubditos regat : pacem mundo & tranquillitatem conciliet, in bonis omnis generis ſervetur : Barbaroſque in fugam vertat, ſeu viſibiles, ſive inviſibiles : cùm eos qui dorſum ejus obſervant, tum eos qui pectus ejus ferire conantur : ſive exteros, ſive indigenas, ſeu dracones in ejus ſinu verſantes, execrandum & abominandum malum.

Ejuſmodi itaque Imperatorem cum ſuis, ut in aliis, in

iſtis quoque primitiis offerendis mihi concordem, ſocium benevolum, & conſervum meum, egregius hujus ovilis cœtus rogat Chriſtianæ Reipublicæ incolumem diutius ſervari; omnique pacto ad hanc maximam orbique ſalutarem petitionem impetrandam, tuo auxilio, validoque tuo, (ut vero conſentaneum eſt) patrocinio opus habet: quo deficiente, atque adeo divino non adſtante impulſu, nulli omnium bonum aliquod operari in promtu eſt.

ra gratiâ plena, oſtende nobis peccatricibus, ſi dignam judicaſti Præfectura noſtra muneris Sororem noſtram N. Et in reliquis Chartis eadem rurſus verba, nominibus ſolùm mutatis. Tum Chartæ à Monaſterii Patrona ſigillo obſignatæ, à Sacerdote ſacræ menſæ imponentur, in conſpectu ipſius Patronæ & Monialium, in veſpertino Sabbati; vel ſi tum occurrerit feſtum aliquod Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, aut immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ, exactis vigiliis, & toto animo ſupplicationes ex contrito corde, Deo à vobis peragentur, honoratiſſimæ Matres, utpote neceſſario operi incumbentibus, à quo pendet conſolatio, ex quo oritur ſtabilimentum Monaſterii, ut è converſo (quod abſit) deſtructio, per quod habetur ſpes veſtræ ſalutis.

Et die ſequenti, completâ divinâ Liturgiâ, poſt ejus finem Sacerdote adhuc ſtolam ſacerdotalem induto, perſolvetur à vobis Triſagium, & hi Troparii cantabuntur: *Miſerere nobis, Domine. Gloria. Domine, reſpice de cælo & vide. Et nunc. Unigenite conſubſtantialis.* Et Sacerdos protenſam petitionem faciet, exclamans poſt alias orationes,

τόκου τῆς κεχαριτωμένης, ἀνάδειξον ἡμῖν ταῖς ἁμαρτωλαῖς, εἰ ἀξίαν ἔκρινας τοῦ τῆς ἡγουμενείας ἡμῶν ἀξιώματος τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, τὴν δε. καὶ ἐν τοῖς ἑτέροις χαρτίοις τὰ αὐτὰ πάλιν ῥήματα, τῶν ὀνομάτων μόνων ἐναλλαττομένων, καὶ σφραγῖδι ἐνσημανθέντες οἱ χάρται παρὰ τῆς τῆς μονῆς ἀντιλαμβανομένης, ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἐπ' ὄψει ταύτης, καὶ τῆς ἀδελφότητος, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ ἐντεθήσονται ἐν ἑσπερινῷ τοῦ σαββάτου· ἢ εἰ φθάσοι τότε ἑορτή τις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ἀγρυπνίας ἐπιτελεσθείσης, καὶ ἱκεσίας ὁλοψύχου ἐκ συντετριμμένης καρδίας πρὸς Θεὸν γινομένης παρ' ὑμῶν, τιμιώταταί μοι μητέρες, ὡς ἀναγκαίου τοῦ πράγματος ὄντος περὶ οὗ ἡ παράκλησις, δι' οὗ καὶ ἡ σύστασις τῆς μονῆς, ὥσπερ, ὃ μὴ γένοιτο, καὶ ἡ κατάλυσις. δι' οὗ καὶ ἡ τῆς σωτηρίας ὑμῶν ἐλπίς.

Καὶ τῇ ἐπαύριον τῆς θείας λειτουργίας τελεσθείσης, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν ταύτης, ἔτι τοῦ ἱερέως τὴν ἱερατικὴν ἐνδεδυμένου στολήν, τρισάγιον γενήσεται παρ' ὑμῶν, καὶ τροπάρια ταῦτα ψαλθήσονται· ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε. δόξα. κύριε, ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε. καὶ νῦν. μονογενὲς ὁμοούσιε. καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκτενῆ αἴτησιν ποιήσεται, ἀναφωνήσας μετὰ τὰς ἄλλας αἰτή-

Digitized by Google

σῆς, καὶ τό· ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀποκαλύψαι ἡμῖν κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν τὴν ἀξίαν τῆς προστασίας ἡμῶν· καὶ ὑμεῖς ἐπιφωνήσετε τό· κύριε ἐλέησον, λ. καὶ γονυκλισίας ποιήσετε ιε. τοῦτο καὶ ὑμεῖς ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀναβάσει τῶν χειρῶν ὑμῶν ἐπιφωνοῦσαι ἑαυταῖς· ὁ Θεὸς ὁ καρδιογνώστης ἀνάδειξον ἡμῖν ταῖς ἁμαρτωλαῖς τὴν ἀξίαν τῆς προστασίας ἡμῶν. καὶ μετὰ ταύτας τὰς γονυκλισίας, ὁ ἱερεὺς τρεῖς αὐτὸς γονυκλισίας ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης βαλὼν μέχρι γῆς, ἔτι τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνδεδυμένος, καὶ τὸ αὐτὸ πρόσρημα κἀκεῖνος ἐπιλέγων, ἕνα τῶν τριῶν ἀναλήψεται χάρτην· οὗ διδομένου παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως ἐνώπιον πάσης τῆς ἀδελφότητος, πρὸς τῆς τὴν οἰκείαν σφραγῖδα αὐτῷ ἐπιθεῖσαν· ἐπιγνώσεται μὲν αὕτη τὸ ἑαυτῆς ἐκσφράγισμα, ἀνοιγήσεται δὲ πάντων ὁρώντων ὁ χάρτης, καὶ ἧς τὸ ὄνομα ἐν ἐκείνῳ ἐγγεγραμμένον φανῇ, τοῦ τυπικοῦ ἡμῶν καὶ τῆς βακτηρίας ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου τόπῳ κειμένων, τρεῖς γονυκλισίας ποιήσασα, λήψεται ταῦτα, ἀποσκοποῦσα καὶ ἐν ἑαυτῇ ἀναλογιζομένη ὅθεν ταῦτα λαμβάνει, καὶ τίνι ὑπισχνεῖται φυλάττειν αὐτά, καὶ ὅτι ἄγγελοι τὴν αὐτῆς ὑπόσχεσιν ἀπογράφονται, οἵτινες μέλλουσιν αὐτὴν εἰς τὸ φοβερὸν ἐκεῖνον εἰσαγαγεῖν δικαστήριον,

& illud : *Inſuper precamur ut Dominus Deus noſter manifeſtet nobis eam quæ digna eſt Præfectura noſtra.* Voſque acclamantes dicetis, *Kyrie eleiſon,* tricenis vicibus, & genuflexiones facietis quindecim; in extenſione manuum veſtrarum ad Deum, apud vos acclamantes illud : *Deus cordium cognitor, oſtende nobis peccatricibus dignam Præfectura noſtra.* Et poſt has genuflexiones, Sacerdos, factâ coram ſancta menſa, triplici genuflexione uſque ad terram, adhuc ſtolam ſacerdotalem indutus, ac eadem verba dicens; unam ex tribus chartis aſſumet, quâ ab ipſo Sacerdote datâ in conſpectu omnium Sororum, ei quæ proprium ipſi ſigillum impoſuerat; agnoſcet quidem ipſa ſuam obſignationem : charta verò omnibus videntibus aperietur; & cujus nomen in illa deſcriptum viſum fuerit, ea Typicum noſtrum & baculum, in loco qui eſt ante altare poſita, factis tribus genuflexionibus aſſumet : conſiderans & ſecum perpendens, undenam illa accipiat, cuinam polliceatur ſe illa ſervaturam, & quod Angeli ejus promiſſionem deſcribant, qui ad horrendum illud tribunal eam introducent, exple-

Digitized by Google

torum promiſſorum rationem reddituram. Deinceps collocabitur in loco Præfectæ aſſignato; & omnes ipſi divinum offerent amplexum; poſt quem amplexum, gloria Deo referetur, & dimiſſio ſequetur per conſuetam Sacerdotis orationem. Ipſa verò vobis in poſterum Præfecta erit, quam ut Matrem coletis, & ſic erga illam affectæ eritis, ipſique obedietis, ac ſi à Deo ordinata eſſet.

Porro optabile mihi eſt, ut apud vos ipſas Præfecturâ dignæ ſemper ſuppetant; & ut Monachæ ad id negotii idoneæ, in ſanctiſſimo hoc Gratiâ-plenæ Monaſterio nunquam deficiant, ſed quoties opus fuerit Præfectam ordinari, ex ipſis Monialibus in eo aſceticè degentibus fieri queat electio: quippe quæ fundamentum optimum monaſticæ & cœnobiticæ vitæ cum Deo poſitæ fuerint, & fundamento conſentaneum probæ converſationis ædificium conſtruant. Si verò trium hujuſmodi Monacharum non eſt copia in Monaſterio, ſed duæ tantùm tali Præfectura dignæ reperiuntur, ipſæ ſufficient; iiſque duabus ſolis deſcriptis, cetera, ut dictum eſt, procedant. Si autem (quod Majeſtas mea

λόγους τῆς ἐκπληρώσεως τῶν ὑποσχέσεων ἀποδώσουσαν. εἶτα στήσεται εἰς τὸν ἀποκεκληρωμένον τῇ ἡγουμένῃ τόπον, καὶ πᾶσαι αὐτῇ τὸν θεῖον προσάξουσιν ἀσπασμόν, μετὰ δὲ τὸν ἀσπασμὸν δόξα τῷ Θεῷ ἀναπεμφθήσεται, καὶ ἡ ἀπόλυσις ἕψεται τῇ συνήθει τοῦ ἱερέως εὐχῇ. αὕτη δὲ ὑμῶν ἔσται εἰς τὸ ἑξῆς προεστῶσα, ἣν καὶ ὡς μητέρα σεβάσεσθε, καὶ διάθεσιν καὶ ὑπακοὴν πρὸς αὐτὴν ἕξετε, ὡς Θεοχειροτόνητον.

Εὐκταῖον οὖν ἐστί μοι πάντοτε ἐν ὑμῖν ἐπ' αὐταῖς εὐπορίαν τῶν ἀξίων τῆς προστασίας, καὶ μηδέποτε τὰς πρὸς τοῦτο τὸ πρᾶγμα προσφυεῖς μοναζούσας ἐπιλιπεῖν ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ ταύτῃ τῆς Κεχαριτωμένης, ἀλλ' ὁσάκις ἂν γίνηται χρεία προχειρίσεως ἡγουμένης, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν ταύτῃ ἀσκουμένων μοναχῶν ἐξεῖναι γίνεσθαι τὴν ἐπιλογὴν, ἅτε καὶ θεμέλιον ἄριστον σὺν Θεῷ τῆς μοναχικῆς καὶ κοινοβιακῆς διαγωγῆς καταβεβλημένων, καὶ κατάλληλον τῷ θεμελίῳ τὴν τῆς ἐναρέτου πολιτείας ποιουμένων οἰκοδομήν. εἰ δὲ καὶ τριῶν τοιούτων μοναζουσῶν οὐκ ἔστιν εὐπορία ἐν τῇ μονῇ, ἀλλὰ δύο μόναι εὑρίσκονται ἄξιαι τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ αὗται ἀρκέσουσι, καὶ μόνων τῶν δύο τούτων ἀπογραφομένων, τὰ ἑξῆς, ὡς εἴρηται, προχωρήσουσιν. εἰ δ' ὅπερ ἀπεύ-

Digitized by Google

χεται ἡ βασιλεία μου, μία ἀξία τῆς προστασίας ταύτης φαίνεται ὑπάρχειν ἐν τῇ μονῇ, τότε ἡ κατὰ καιροὺς τῆς μονῆς ἀντιλαμβανομένη εὑρήσει δευτέραν μοναχὴν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου εὐλαβῆ, καὶ δόκιμον εἰς ἡγουμενείαν, καὶ οὕτω πάλιν τῶν δύο τούτων ἀπογραφομένων, τῆς τε οὔσης ἐν τῇ μονῇ, καὶ τῆς ἔξωθεν εἰσαγομένης, ὡς εἴρηται, τηρηθήσονται τὰ τῆς ἀκολουθίας, ὡς γέγραπται, καὶ οὕτως ἡ ἐκείνη δοκοῦσα, καὶ ἀναδεικνυμένη ἀξία εἰς ἡγουμενείαν προχειρισθήσεται.

deprecatur) unica Præfecturâ digna videatur eſſe in Monaſterio; tunc quæ per id temporis Patrona eſt Monaſterii, alteram ex alio Monaſterio piam & probatam Monacham ad Præfecturam inveniat. Et ſic rurſus his duabus deſcriptis, eâ ſcilicet quæ in Monaſterio eſt, & eâ quæ aliunde, ut dictum eſt, acceſſita eſt, ea ſervabuntur, quæ de hoc ritu & officio ſcripta ſunt. Et ſic quæ illi digna viſa & manifeſtata fuerit, ad Præfecturam promovebitur.

ΚΕΦ. ΙΒ.

Περὶ τοῦ χωρὶς πάθους γίνεσθαι τὴν ἐπιλογὴν τῆς ἡγουμένης, καὶ προχείρισιν, καὶ τῶν διακονητριῶν.

Εἶεν ἀλλὰ παρακαλοῦμεν, τιμιώταται ἡμῶν μητέρες, τῆς ἐκλογῆς τῶν ἡγουμενῶν παρ᾽ ὑμῶν ὀφειλούσης γίνεσθαι, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν διακονητριῶν προχειρίσεως παρὰ τῆς καθηγουμένης γινομένης, ἀπέστω ἔρις, ἀπέστω φθόνος, ἀπέστω ματαία προσπάθεια, καὶ χάρις ἀλόγιστος· κρίσει δέ τοι ὀρθῇ, καὶ στοχασμῷ ἀκριβεῖ, καὶ ἀληθείᾳ, ὡς ἐφορῶντος τοῦ τὰ πάντα βλέποντος ὀφθαλμοῦ, παρ᾽ ὑμῶν ἡ κρίσις τε, καὶ δοκιμασία γινέσθω.

CAPUT XII.

Quòd citra affectum fieri debeat Præfectæ & Officialium electio & ordinatio.

AGEDUM hortamur vos, honoratiſſimæ Matres noſtræ, ut cùm facienda à vobis erit Præfectæ electio, & cum à Præfecta fiet Officialium delectus; abſit contentio, abſit invidia, abſit vana affectio, & gratia inconſiderata. Sed recto judicio, juſto ſcopo, & cum veritate, quaſi obſervante illo oculo qui omnia reſpicit, ſic à vobis judicium & examen fiat,

Digitized by Google

Ne procedatis igitur ad pugnas & diſſenſiones inter eligendum; ſed cum conſenſu, pace & charitate electam promoveatis.

Electione verò & promotione facta, nulla indignè inſiliat ad Præfecturam, aut aliud quodvis Officium ambiendum, annos fortè prætendens, vel in agendo ſolertiam, vel nobilitatem, aut datas poſſeſſiones, vel pecunias. Sed illa inter vos anteponenda erit, quæ talis fuerit, qualem ſuperior ſermo deſcripſit; quamvis nuper detonſa fuerit, quamvis ex privata fortuna ad Monaſterium acceſſerit.

Omnem igitur benevolentiam, omnem obedientiam, omne obſequium Præfectæ veſtræ ſervaveritis, ut à quodam divinorum Patrum dictum eſt: *Si enim pro nobis rationem reddituri ſunt qui noſtri curam gerunt, quomodo non omnino iis ſubditi erimus, & ut capiti reliqua membra corporis obediemus, & miniſtrabimus*, ut dicit & divinus Apoſtolus: *Obedite Præpoſitis*
Heb. 13. *veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.*

Sed & ad invicem charitatem, pacem & concordiam ſervaveritis, pro aliis mutuò ardentes, invicem ſuffulcien-

μὴ χωρήσητε τοίνυν εἰς διαμάχας, καὶ ἀμφιγνωμοσύνας προχείνυσαι· ἀλλ' ἐν ὁμογνωμοσύνῃ, καὶ εἰρήνῃ, καὶ ἀγάπῃ τὴν ἐκλελεγμένην ἐκλέγοισθε.

Οὐδὲ μία δὲ ἔσται, τῆς ἐκλογῆς καὶ προχειρίσεως γινομένης, ἢ πρὸς τὸ ἡγουμενεύειν, ἢ ἑτέραν τινὰ διακονίαν μετέρχεσθαι ἀναξίως ἐπιπηδῶσα, χρόνους τυχὸν προβαλλομένη, ἢ ἐνεργείαν, ἢ εὐγένειαν, ἢ προσαγωγὴν κτημάτων τινῶν, ἢ χρημάτων· ἀλλ' ἐκείνη ἔσται προτιμητέα ἐν ὑμῖν, ἥτις ἂν εἴη τοιαύτη, οἵαν ὁ λόγος ἀνωτέρω ὑπέγραψε· κἂν ἐκ νέου τύχῃ ἀποκαρεῖσα· κἂν ἐξ ἰδιωτικῆς τύχης τῇ μονῇ προσελήλυθε.

Πᾶσαν οὖν εὔνοιαν, πᾶσαν ὑποταγὴν, πᾶσαν εὐπείθειαν τῇ ἡγουμένῃ ὑμῶν ἀποσώζοιτε, καθάπερ τινὶ τῶν θείων πατέρων εἴρηται λέγοντι· εἰ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν λόγον «
ἀποδοῦναι μέλλουσιν οἱ ἡμῶν ἐπι- «
μελόμενοι, πῶς οὐχὶ κατὰ πάντα τού- «
τοις ὑποταγησόμεθα, καὶ ὡς κε- «
φαλῇ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος «
ὑπακούσομέν τε, καὶ ἐξυπηρετήσο- «
μεν. καθώς φησι καὶ ὁ θεῖος ἀπό- «
στολος· πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις «
ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀ- «
γρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, «
ὡς λόγον ἀποδώσοντες. «

Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἀγάπην, εἰρήνην, ὁμόνοιαν φυλάττουσαι εἴητέ μοι, ἀλλήλων ὑπερκαιό-

μένας, ἀλλήλας ὑποστηρίζουσαι, νουθετοῦσαι, παρακαλοῦσαι, αἰεχόμεναι· πᾶν εἴ τι χρηστὸν, εἴ τι σωτήριον, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, σπουδάζουσαι εἰς δύναμιν κατορθοῦν· φησὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος » ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς· Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς κἀγὼ ὑμᾶς ἠγάπησα. καὶ, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

tes, admonentes, conſolantes, ſuſtinentes, quidquid utile, quidquid ſalutare, ſi qua virtus, ſi qua laus, id pro viribus operari ſtudentes. Dicit enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus: *Hæc mando vobis ut diligatis invicem, ſicut & ego dilexi vos.* Et, *In hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilexeritis invicem.*

Joan. 17.13. Joan. 13.35.

Καὶ σὺ δὲ, ὦ μήτερ πνευματικὴ τῆς ἱερᾶς ταύτης ποίμνης, καὶ ὁδηγὲ, μετρία ἔσο ταῖς ἀδελφαῖς κηδεμονικὴ, καὶ τὸ ὅλον μητρικὴν αὐταῖς ἀποσώζουσα τὴν εὔνοιαν. ναὶ παρακαλοῦμεν, πασῶν κήδου. καὶ πασῶν ἀντέχου, νουθετοῦσα, παραινοῦσα, διδάσκουσα, παρακαλοῦσα, νοσούσας ὑγιάζουσα, ἀσθενούσας ὑποστηρίζουσα, ὀλιγοψυχούσας παραμυθουμένη, ἁμαρτανούσας ἐπιστρέφουσα· καὶ καθὼς φησιν ὁ ἅγιος Βασίλειος λέγων· « αὐτὸς ὁ καθηγούμενος, ὡς πατὴρ παίδων γνησίων ἐπιμελούμενος, ἐπισκέψεται τὴν καθ' ἑνὸς ἑκάστου χρείαν, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν εἰσάξει κατὰ τὸ δυνατὸν θεραπείαν, καὶ ἐπιμέλειαν, καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀσθενοῦν μέλος, εἴτε σωματικῶς, εἴτε ψυχικῶς, μετ' ἀγάπης, καὶ τῆς πνευματικῆς εὐνοίας διαβαστάσει. »

Tu quoque, ô Mater ſpiritualis ſacri hujus ovilis, & viæ dux, moderata eſto Sororibus curatrix; maternam ipſis omnino ſervans benevolentiam: etiam id rogamus, omnes curato, omnium ſollicitudinem geras, monendo, adhortando, docendo, rogando, ægras ſanando, infirmas ſuſtentando, animo deficientes conſolando, peccantes convertendo; & ut dicit Sanctus Baſilius: « Ipſe Præfectus ut Pater genuinos filios curans, ſingulorum neceſſitates obſervabit, & pro facultate congruum adferet remedium & ſollicitudinem; quod verò membrum revera infirmatur, ſive corporaliter ſive ſpiritualiter, cum charitate & ſpirituali benevolentia portabit. »

CAPUT XIII.

De amotione ejus quæ ſecus quam par eſt Præfectæ munus obit.

ET hæc quidem ita ſe habeant. Quæ verò poſthac dicenda ſunt, de ea quæ poſt obitum noſtrum Præfecta erit, necnon de iis quæ ipſi ſuccedent; nolebam ſcripto tradere: neque enim decebat, ſemel ad hoc munus electam, ab hoc ſtatu & ordine amovere. Sed illud quidem gratum & amplectendum fuiſſet, ſi natura noſtra immutabilis & immobilis eſſet; cùm verò id non eſt, vertimur enim denuo & immutamur ut ſolent humana: & cùm honore afficimur ad bona opera molliores evadimus, ſegnitiei ut plurimùm cedentes: ſolet quippe dominatus ſegniores efficere qui ad illum evehuntur, ubi plus certaminis & attentionis exhibere opus fuiſſet. Idcirco & res eſt ſcripto tradenda, & pro viribus corrigenda.

Si itaque Præfecta non mutetur, & virtuti ut par eſt adhæreat, cujus gratiâ tali gradu donata eſt; ab hac Præfectura nequaquam amovebitur, vel excidet. Si verò im-

ΚΕΦ. ΙΓ.

Περὶ μεταχινήσεως τῆς μὴ ὡς δεῖ ἡγουμενευούσης.

ΚΑὶ ταῦτα μὲν οὕτως. τὰ δὲ ἑξῆς ἐνθεῖναι μέλλοντα περὶ τῆς μετὰ τὴν ἡμῶν παρέλευσιν ἡγουμενευούσης, καὶ τῶν μετ' ἐκείνην ἡγουμενευουσῶν, οὐκ ἐβουλόμην γραφῇ παραδοῦναι· οὐδὲ γὰρ ἔδει τὴν ἅπαξ εἰς τοῦτο κεκριμένην, τῆς τοιαύτης στάσεως τε καὶ τάξεως μεθιστᾶν. ἀλλ' ἦν μὲν ἄριστον τοῦτο, καὶ ἀποδεκτέον, εἴπερ ἡ φύσις ἡμῶν ἄτρεπτός τε, καὶ ἀναλλοίωτος ἦν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἔστι· τρεπόμεθα γὰρ αὖθις, καὶ ἀλλοιούμεθα, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τιμῆς ἀξιούμενοι, πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν μᾶλλον χαυνούμεθα, ῥαθυμίᾳ εἴκοντες τὰ πολλά, ὡς φιλούσης τῆς ἀρχῆς τοὺς εἰς αὐτὴν ἀνηγμένους ὑποχαυνοῦν, ὁπότε πλείω τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν προσοχὴν ἐπιδείκνυσθαι ἔδει. διὰ ταῦτα καὶ γραφῇ παραδοτέον τὸ πρᾶγμα, καὶ κολαστέον εἰς δύναμιν.

Εἰ μὲν οὖν ἄτρεπτος μένοι ἡ καθηγουμένη τῆς ἀρετῆς ἐπιεικῶς ἀντεχομένη, δι' ἣν καὶ ταύτης ἠξιώθη τῆς τάξεως, ἀμετακίνητος ἔσται τῆς ἀρχῆς ταύτης, καὶ ἀδιάπτωτος· εἰ δὲ ἀδόκιμόν τι καὶ

ἀσύμφορον

Digitized by Google

ἀσύμφορον ὁ χρόνος αὐτὴν ἀπελέγξει, ὡς, εἴ τε τῆς προστασίας τῶν ἀδελφῶν ἀμελῶς τε, καὶ καταφρονητικῶς ἐχομένην, εἴ τε τοῖς ἑαυτῆς συγγενέσι χαριζομένην, εἴ τέ τι τῶν τῆς μονῆς, ἢ αὐτὴν νοσφιζομένην, ἢ ἑτέρῳ τινὶ ὑποτιθεῖσαν καὶ καταπροδιδοῦσαν, εἴ τέ τι τῶν τοῦ τυπικοῦ διαταγμάτων παραβαίνουσαν ὅλως, καὶ τοῖς ἑαυτῆς στοιχοῦσαν θελήμασι, καὶ διὰ ταῦτα πρὸς κυβέρνησιν ψυχῶν ἀνεπιτήδειον ἐλεγχομένην. εἰ μὲν οὕτως κακῶς ζῶσα ἑαυτῆς ποτε γένοιτο, καὶ τῶν κακῶν ἀπόσχοιτο, τῆς τε πρὸς τὰ κρείττω, καὶ σωτηριώδη φερούσης ἅπτοιτο, ἔστω, καὶ ἡγουμενευέτω. εἰ δὲ αὐτὴ μένοι μὴ τῶν κακῶν ἀπεχομένη, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον αὐτοῖς ἐπεκτεινομένη, ἐκείνην μὲν τὴν ἀδόκιμον μετατίθεσθαι τῆς προστασίας ὑμῶν, παρὰ τῆς τῆς μονῆς ἀντιλαμβανομένης διοριζόμεθα, ἐκλογὴν δὲ πάλιν, καὶ ψῆφον ἑτέραν γίνεσθαι, καὶ προχείρισιν ἑτέρας ἡγουμένης, κατὰ τὰ ἀνωτέρω διατεταγμένα.

Ἡ δὲ ἀποβληθεῖσα τῆς ἡγουμενείας, εἰ μὲν διὰ γῆρας, ἢ καὶ ἀφέλειαν ταύτης μετακινηθείη, καὶ βούλοιτο αὖθις καθῆσθαι, καὶ προσμένειν ἐν τῇ μονῇ ὡς μία τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῇ προεστώσῃ ἐφ' ἅπασιν ὑποτάσσεσθαι, μὴ κατά τι λυμαινομένη τῇ τῆς μονῆς εὐταξίᾳ, μηδὲ ταράττουσα, ἢ ταράττο-

probam & damnoſam eam eſſe tempus arguerit, ſive curæ Sororum negligenter & çum contemtu operam dederit, ſive cognatis ſuis gratificata fuerit, vel aliquid Monaſterii ſibi vindicaverit, vel alii cuipiam ſubduxerit & tradiderit; ſive quodcumque hujus Typici præceptum violaverit, & ad ſuam voluntatem inceſſerit, ac propterea ad gubernationem animarum non idonea evincatur; ſi quidem ſic improbè vivens ad ſe aliquando redeat, & à malis abſtineat; viæque ad meliora & ſalutaria ferenti inſiſtat: eſto, præfecturam retineat. Si verò eadem maneat, nec à malis abſtineat, imò impenſiùs iis incumbat; ſtatuimus illam quidem improbam amoveri à præfectura veſtra per Monaſterii Patronam, & rurſus fieri electionem aliudque ſuffragium & ordinationem alterius Præfectæ, juxta ea quæ ſuperiùs ſancita ſunt.

Quæ verò à præfectura ejecta eſt, ſi quidem propter ſenectutem & animi imbecillitatem amota fuerit, & voluerit rurſus reſidere & permanere in Monaſterio, ut una è Sororibus, & in omnibus Præfectæ ſubjici, nihil perniciei adferens bono Monaſterii ordini, neque turbas movens, neque perturbata,

ſic in illo maneat. Quæ verò in perniciem conſtitutionis Monaſterii, necnon hujus ordinis & ſtatûs, eſſe videtur, & quæ in hoc Typico à mea Majeſtate ſtatuta ſunt contemtui habitura putatur; ejiciatur omnino, ne ſcandali cauſa ceteris evadat,

μένη, ἔστω καὶ οὕτως ἐν αὐτῇ. ἡ δὲ ὡς πρὸς λύμην τῆς τῆς μονῆς συστάσεως γεγονέναι καταφανεῖσα, καὶ τῆς τάξεως ταύτης καὶ καταστάσεως, καὶ πρὸς ἀθέτησιν τῶν ἐν τῷ παρόντι τυπικῷ τῆς βασιλείας μου διατεταγμένων, ἐκδιωκέσθω παντελῶς, ἵνα μὴ σκανδάλου αἰτία καὶ ταῖς λοιπαῖς γένηται,

---

CAPUT XIV.

Quòd OEconomus in Monaſterio eſſe debeat, eunuchus & honeſtæ vitæ.

STATUIT quoque Imperium meum, ut OEconomus ſit in Monaſterio, quæ ad illud ſpectant ex mandato Præfectæ adminiſtrans, & quæ in ipſis continentur ad ejus nutum diſpenſans. Et qui nunc quidem eſt, à mea Majeſtate creatus eſt; ac ſi alterius opus fuerit, ab Imperio meo inducetur. Ubi autem hinc tranſlata fuero, à Præfecta inſtituetur; ſive ex Sacerdotibus Monaſterii, ſi quiſpiam eorum ſtrenuus fuerit, dignus ſcilicet adminiſtrandi; ſive etiam extrinſecus approbatus, & cooptatus fuerit, hoc pacto. Poſtquam prævio examine electus fuerit, ac de rebus agendis inſtructus, & in conſpectum venerit ejus quæ obſervationem habet Monaſterii, ut

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ τοῦ οἰκονόμον δεῖν εἶναι ἐν τῇ μονῇ εὐνοῦχον, καὶ σεμνοῦ βίου.

ΚΑὶ οἰκονόμον δὲ διορίζεται ἡ βασιλεία μου εἶναι ἐν τῇ μονῇ, διοικοῦντα τὰ ταύτῃ ἀνήκοντα κατ᾽ ἐπιτροπὴν τῆς ἡγουμένης, καὶ τὰ ἐν τούτοις οἰκονομούμενον κατὰ τὴν ἐκείνης βούλησιν. καὶ νῦν μέν ἐστιν ὁ ὤν, παρὰ τῆς βασιλείας μου γεγονώς, κἂν ἑτέρου δέησῃ, παρὰ τῆς βασιλείας μου ἕτερος εἰσαχθήσεται. ἐπὰν δὲ τῶν τῇδε μεταστῶ, παρὰ τῆς ἡγουμένης γενήσεται, εἴ τι ἐκ τῶν ἱερουργούντων ἐν τῇ μονῇ, εἴ τις τούτων ἐνεργὴς ἔσται, καὶ τοῦ οἰκονομεῖν ἄξιος δηλονότι· εἴ τι καὶ ἔξωθεν δοκιμαζόμενος, καὶ προχειριζόμενος, κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· μετὰ τὴν ἐξ ἐρεύνης ταύτης ἐπιλογήν, καὶ τὴν τῶν ποιητέων εἴδησιν αὐτοῦ, ἐμφανισθεὶς καὶ τῇ τὴν ἐπιτήρησιν τῆς μονῆς

ἐχούσῃ, ὡς ἂν γνωρίζοιτο παρ' αὐτῆς· εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τῆς μονῆς, καὶ μικρὸν ἐπιμείνας, τρισαγίου γινομένου παρὰ τῶν ἀδελφῶν, πεσὼν προσκυνήσει τάς τε ἄλλας τῶν ἁγίων θείας εἰκόνας, καὶ τὴν σεπτὴν, καὶ πανίερον τῆς κεχαριτωμένης Θεοτόκου. εἶτα ἀσπασάμενος, δεξαμένου τοῦ ἱερέως τὴν τῆς ἀπολύσεως εὐχὴν, ἐξελεύσεται τοῦ ναοῦ, καὶ ἔσται τὸ ἀπὸ τοῦδε οἰκονόμος, καὶ φροντιεῖ τῶν τῆς μονῆς, μεταγεγραμμένον ἰδίᾳ λαμβάνων καὶ τὸ παρὸν κεφάλαιον τὰ περὶ αὐτοῦ δηλοῦν.

Ἔσται δὲ αὐτοῦ ἔργον περισπούδαστον, ὁ τῶν ὑποκειμένων τῇ μονῇ ἀκινήτων πάντων, τῶν ἐκτός τε καὶ ἐντὸς τῆς μεγαλοπόλεως ἐπιτήρησις, καὶ οἱ τῶν προνοητῶν, καὶ οἱ τῶν οἰκολόγων λογαριασμοὶ, ἡ ἀνακεράμωσις τῆς μονῆς, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὴν μετ' ἐπιμελείας ἁρμοζούσης γινομένη κατ' ἔτος, ἡ τῶν ἴσως γινομένων ἐν τῇ μονῇ συμπτωμάτων ἀνόρθωσις, διὰ προστάξεως τῆς καθηγουμένης, ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοῦτο, καὶ ἐπιμελεῖσθαι ὀφείλοντι· πρὸς τούτοις ἡ φροντὶς τῶν, ἐξ εὐλόγων ἐπιδόσεων, εἰσόδων, καὶ τοῦ πάντα τὰ ἐν τοῖς κτήμασι, καὶ τοῖς οἰκήμασιν οἰκονομεῖσθαι πρὸς τὸ λυσιτελέστερον, καὶ μὴ συγχωρεῖσθαι τοὺς κατὰ καιρὸν προνοουμένους τῶν τοιούτων, ἢ ἀμελῶς διακεῖσθαι περὶ τὴν αὐτῶν-

ipſi notus ſit: ingreſſus in Templum Monaſterii, parum ſiſtet, dictoque à Sororibus Triſagio, procidens adorabit cùm alias divinas Sanctorum imagines, tum venerandam ſacratiſſimamque gratiâ plenæ Deiparæ. Dehinc facta ſalutatione, poſtquam Sacerdos dimiſſionis orationem dixerit, egredietur è Templo, & ab eo tempore OEconomus erit, & curabit res Monaſterii: hocque caput quæ ad ipſum ſpectant declarans tranſcriptum ſecum accipiet.

Officium ejus cui enixè operam dabit, erit, obſervatio immobilium omnium quæ Monaſterio ſubjacent, ſive extra, ſive intra magnam urbem: computationes Procuratorum & Collectorum: reparatio tectorum Monaſterii, necnon eorum quæ ipſi ſubſunt, quæ congrua ſolicitudine quotannis facienda eſt: inſtauratio ruinarum quæ fortè Monaſterio obtigerint, jubente Præfecta: is enim ad id negotii maximè contendere, ipſique curam impendere debet: ad hæc cura proventuum, ex legitimis acceſſionibus procedentium. Curabit quoque ut omnia quæ in prædiis, ſive in domibus ſunt, ad majorem utilitatem adminiſtrentur. Neque concedat, ut qui tunc temporis iis proſpiciunt, vel eorum conſervationem

Digitized by Google

& in melius proceſſum neglectui habeant : vel aliquid proventuum ſubducant , & in proprium lucrum ſeponant. Sed curet ut iis ſolicitè proſpiciant, ac nihil innovando reditus ad Monaſterium afferant , ut fruges ceteraſque ſpecies opportuno tempore mittant , navigiis eas transſvecturis tempeſtivè miſſis : utque computationes ad Monaſterium deferant , & præſente OEconomo , Præfectæ & Depoſitariæ illas tradant per declarationem eorum ab ipſis ſubſignatam, quæ poſtea inſerenda erit in reditibus, & ſumtibus receptaculi. Si verò OEconomus abſit foriſque degat, præſente Parœconomo allata computa ipſiſmet tradentur. Si Parœconomus quoque abſens extra Monaſterium verſetur , Præfectæ & Depoſitariæ ſolis hæc adferentur, & ab ipſis, ut dictum eſt, fient declarationes.

ληψιν τούτων, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπίδοσιν· ἢ νοσφίζεσθαί τινας τῶν εἰσόδων, καὶ ἴδιον κέρδος τιθέναι. ἀλλὰ καὶ ἐπιμελῶς τὴν πρόνοιαν τούτων ποιεῖσθαι, καὶ τὰς εἰσόδους ἀκαινοτομήτους προσάγειν τῇ μονῇ, καὶ τὰ μὲν γεννήματα, καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη, κατὰ τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν ἀποστέλλεσθαι, τῶν διακομίζειν ταῦτα ὀφειλόντων πλοίων ἐγκαίρως ἀποστελλομένων, τὰ δὲ λογάρια εἰσκομίζεσθαι τῇ μονῇ, καὶ παρουσίᾳ τοῦ οἰκονόμου ταῦτα παραδίδοσθαι τῇ καθηγουμένῃ, καὶ τῇ δοχειαρίᾳ, δι' ἀποδείξεως αὐτῶν σημειουμένης παρ' αὐτῶν, εἶτα καὶ [a] καταστρωννυομένης εἰς τὴν εἰσοδοέξοδον τοῦ δοχείου. εἰ δ' ἴσως ὁ οἰκονόμος ἀποδημεῖ ἐν τοῖς ἔξω διάγων, παρουσίᾳ τοῦ παροικονόμου, τὴν τῶν εἰσοδιαζομένων λογαρίων παράδοσιν γίνεσθαι πρὸς αὐτάς. εἰ δὲ καὶ ὁ παροικονόμος ἐν τοῖς ἔξω ἀποδημεῖ, καὶ μόναις τῇ τε καθηγουμένῃ καὶ τῇ δοχειαρίᾳ, ταῦτα εἰσκομίζεσθαι, καὶ παρ' αὐτῶν, ὡς εἴρηται, τὰς ἀποδείξεις γίνεσθαι.

Studeatque OEconomus, ut congruo tempore Procuratorum computa faciat, neque illa differat ; ſed ubique prædiorum pervadat , & obſervet cùm Procuratores, tum ipſa prædia : operamque navet ut in melius procedant.

Ἀκρίβειαν δὲ ποιεῖσθαι τὸν οἰκονόμον, ὥστε τοὺς τῶν προνοητῶν λογαριασμοὺς ποιεῖν κατὰ τὸν καιρὸν τὸν προσήκοντα, καὶ μὴ ὑπερτίθεσθαι τούτους, ἀλλὰ μᾶλλον διέρχεσθαι ἁπανταχοῦ τῶν κτημάτων, καὶ ἐφορᾶν αὐτούς τε τοὺς προνοητὰς, καὶ τὰ κτήματα, καὶ σπουδάζειν ἔρχε-

a *καταστρωννύειν*, Græcis eſt inſerere, vulgò, *inſérer*, *enregiſtrer*.

θαι ταῦτα εἰς ἐπίδοσιν, ἐπισκέπτεσθαι δὲ καὶ τὰ διὰ πόλεως τῇ μονῇ διαφέροντα, ὡς ἐνδέχεται, κἀντεῦθεν ἐξ ἔργων αὐτῶν, παριστᾶν τὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ ἔργον, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ γινομένους ἐτησίως λογαριασμοὺς τῶν φροντιστῶν, καὶ τῶν οἰκολόγων εἰσκομίζειν τῇ μονῇ, καὶ παραδιδόναι τῇ καθηγουμένῃ καθ' ἕκαστον ἔτος, ὡς ἂν ἐπιτηρῶνται παρ' αὐτῆς, καὶ οὕτω γίνηται ἡ τῶν φροντιστῶν ἀθώωσις παρ' αὐτῆς.

Εἰ δὲ πολλάκις τῶν κατὰ καιροὺς οἰκονόμων τις εὑρηθείη μὴ ταῦτα οὕτω διαπραττόμενος κατὰ τὴν ἀνωτέρω περίληψιν, μεθίσταται τῆς οἰκονομίας, κοινουμένης τῆς περὶ τούτου λόγον τῆς καθηγουμένης, μετὰ καὶ τῆς ἀντιλαμβανομένης τῆς μονῆς, γίνεται ἕτερος ἀξιόλογος.

Συνοπτικῶς δὲ τοῦτο διορίζεται ἡ βασιλεία μου, ἵνα πάντα μετ' εἰδήσεως καὶ βουλῆς τῆς καθηγουμένης οἰκονομῶνται παρὰ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν οἰκονόμου. ἔσται δὲ σὺν αὐτῷ καὶ παροικονόμος, ὁ εἷς τῶν ἐν τῇ μονῇ ἀφορισμένων ἱερέων, καθὼς εἴρηται· ἔργον ἔχων καὶ αὐτός, τὰ πάντα τὰ εἰσοδιαζόμενα ἐν τῇ μονῇ λογάρια, γεννήματα, καὶ λοιπὰ εἴδη προσγράφεσθαι, καὶ ἔχειν εἴδησιν τούτων. ὅτε δὲ ἴσως καὶ οἰκονόμος μὴ πάρεστι, μετὰ προστάξεως τῆς καθηγουμένης ἐνεργῶν ἔσται τὰ παρ' αὐτῆς ἐπιταττόμενα.

Inſpiciet quoque quæ per urbem ad Monaſterium attinent, quoad fieri poterit, atque hinc ex ipſis operibus OEconomiæ ſuæ officium exhibebit. Rationes quoque annuas Procuratorum, & Collectorum à ſe factas in Monaſterium deferet, & Præfectæ ſingulis annis tradet, ut examinentur ab ipſa, ſicque ab ea fiat Procuratorum acceptilatio.

Si verò quis ex OEconomis cujuſvis temporis plerumque deprehendatur res ſecùs gerens quàm ſuperiùs declaratum ſit, amovebitur ab OEconomia, & re priùs communicata à Præfecta Patronæ Monaſterii, alter hujuſce muneris dignus creabitur.

In ſumma autem ſtatuit Majeſtas mea, ut omnia cum notitia & voluntate Præfectæ adminiſtrentur ab eo qui per id temporis erit, OEconomo. Erit autem cum eo & Parœconomus, unus ex deſignatis in Monaſterio Sacerdotibus, ut dicetur; cujus quoque officium erit, ut omnia in Monaſterio recepta computa, fruges, & reliquas ſpecies deſcribat, eorumque notitiam habeat. Ubi verò non adeſt OEconomus, juſſu Præfectæ faciet quæcumque illa præceperit.

CAPUT XV.

De Sacerdotibus.

SACERDOTES quoque duo eſſe debent in Monaſterio, Monachi, eunuchi, propter converſationem venerandi, manſueti, moderati; qui ſciant ſacra divinæ Scripturæ oracula rectè explanare. Horum verò inopiâ etiam non Monachi, eunuchi tamen, virtutis & erga Deum pietatis teſtimonio ornati; ut ſacris eorum benedictionibus, & acceptiſſimis orationibus Sorores ad virtutis exercitium adjutæ, beneplacitum cantum ad aures Domini Sabaoth emittant: qui ipſarum pro nobis ſupplicationes benevolè admittens, dimittet nobis debita in tempore judicii.

Ex his verò duobus Sacerdotibus unus erit & Parœconomus, ut in OEconomi Capite fuſiùs declaratum eſt. Ubi verò OEconomus ſive fortè ut improbus ejectus fuerit, ſive vitâ exceſſerit, Parœconomus dignus adminiſtrandi OEconomus conſtituatur, illiuſque loco citò inducatur alter, ut ſuprà declaratum eſt.

ΚΕΦ. ΙΕ.

Περὶ τῶν ἱερέων.

ΚΑὶ ἱερέας δὲ εἶναι δεῖ περὶ τὴν κυρίαν δύο, μοναχούς, εὐνούχους, τὸ αἰδέσιμον ἀπὸ τῆς πολιτείας ἔχοντας, ἐπιεικεῖς, συνεσταλμένους, εἰδότας ὑπαναγινώσκειν καλῶς τὰ ἱερὰ τῆς θείας γραφῆς λόγια. Ἀπορίᾳ δὲ τούτων, καὶ μὴ μοναχούς, εὐνούχους δέ, μεμαρτυρημένους ἐπ' ἀρετῇ, καὶ θεοσεβείᾳ, ὡς ἂν ταῖς αὐτῶν ἱεραῖς εὐλογίαις, καὶ εὐπροσδέκτοις εὐχαῖς, ἡ ἀδελφότης βοηθουμένη πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν, εὐάρεστον ᾠδὴν εἰς ὦτα κυρίου Σαβαὼθ ἀναπέμποιεν· ὁ δὲ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκεσίας αὐτῶν προσιέμενος εὐμενῶς, ἀφήσει ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἐν καιρῷ κρίσεως.

Ἀπὸ δὲ τῶν τοιούτων δύο ἱερέων, ὁ εἷς ἔσται καὶ παροικονόμος, ὡς ἐν τῷ τοῦ οἰκονόμου κεφαλαίῳ περιείληπται πλατύτερον. Ὁπηνίκα δὲ ὁ οἰκονόμος, εἴτε ὡς ἀδόκιμος τυχὸν παρασταλῇ, εἴτε τοῦ βίου μεταστῇ, ὁ παροικονόμος ἄξιος ὢν τοῦ οἰκονομεῖν, ἵνα ἀποκαθίσταται οἰκονόμος· ἀντ' ἐκείνου δέ, ἵνα εἰσάγηται εὐθὺς ἕτερος, οἷον ὁ λόγος ἄνωθεν παρίστησεν.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ιϛ.

Περὶ τοῦ πάσας τὰς μοναζούσας ὑφ' ἕνα εἶναι πνευματικὸν πατέρα.

Βούλομαι δὲ πάσας τὰς μοναζούσας ἑνὶ πνευματικῷ πατρὶ τοὺς ἑαυτῶν λογισμοὺς ἀναφέρειν, καὶ μάλιστα εὐνούχῳ, ἀρετῇ διαλάμποντι, καὶ πολλὴν ἔκ τε τοῦ χρόνου καὶ τῆς ἀσκήσεως συναγάγοντι τὴν πεῖραν τῆς τῶν λογισμῶν ἀναδοχῆς, ἱκανῷ ψυχαῖς ἐξομολογουμέναις κατάλληλα προσφέρειν τὰ φάρμακα.

CAPUT XVI.

Quòd omnes Moniales ſub uno Patre ſpirituali eſſe debeant.

Volo autem omnes Moniales uno Patri ſpirituali cogitationes ſuas referre, in primis eunucho, virtute fulgenti, qui multam per ætatem & exercitationem ad excipiendas cogitationes experientiam compararit, aptuſque ſit ad ferendum congrua confitentibus animabus remedia.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Περὶ τοῦ πῶς οἱ παραβάλλοντες ὀφείλουσιν ἐντυγχάνειν ταῖς μοναχαῖς, καὶ τίνες, καὶ πότε.

Εἰ καὶ πολλαχοῦ τῶν ἀσκητικῶν παραγγελμάτων διηγόρευται τοῖς πατράσι, συγγένειαν μοναχοῖς μηδὲ μίαν εἶναι ἐπὶ γῆς· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν κελεύομεν, ἵνα εἴπερ παραβάλλῃ τῇ μονῇ γυνὴ, μήτηρ τυχὸν μοναζούσης, ἢ ἀδελφὴ, ἢ νύμφη ἐπ' ἀδελφῷ, εἰσελεύσεται εἰς τὸ μοναστήριον, τῆς

CAPUT XVII.

Qua ratione qui ad Monaſterium accedunt debeant alloqui Moniales, & quinam, & quandonam.

Etsi in pluribus aſceticorum præceptorum locis Patres edixerint, nullam eſſe Monachis cognationem ſuper terram: attamen ob humanam infirmitatem jubemus, ut ſi quidem mulier ad Monaſterium acceſſerit, mater fortè cujuſdam Monialis, aut ſoror, aut fratris uxor, ingrediatur in Monaſterium

Digitized by Google

concedente Præfecta; & poſtquam cum Monialibus appoſitum cibum ſumſerit, recedet ad veſperam, ſi quidem valentem cognatam viſum acceſſerit: idque faciet ſemel aut bis in anno. Si verò infirmam, & gravi morbo detentam: ſi quidem mater fuerit, in Monaſterio manebit, & ægrotanti filiæ aſſidebit. Secundo autem die, ubi ſimiliter cum Monialibus cibum ſumſerit, ad veſperam recedet. Si verò ſoror fuerit, aut fratris uxor, aut ex ſorore vel fratre neptis, quæ viſendi gratiâ acceſſit, omnino qua die venerit ad veſperam diſcedet.

Si autem vir fuerit qui viſum accedit, pater fortè, vel frater, aut ſororis conjux, in Monaſterium quidem nullatenus ingredietur; illud namque viris prorſus inacceſſum, ac perpetuò clauſum eſſe ſtatuit Imperium meum. Ipſo aforis pulſante, monitâque Præfectâ, quæ videri deſideratur Monialis, juſſu ejus ad oſtium accedet, unà autem ibit & Præfecta, ſi voluerit & potuerit; vel ipſa jubente una ex ſenioribus & venerabilioribus Monialibus. Januâ verò apertâ, ſtans ipſe ad oſtium, & paucis Monialem allocutus, abſcedet. Si

ἡγουμένης ἐπιτρεπούσης, καὶ συνεστιαθεῖσα ταῖς μοναχαῖς τὴν παρατεθεῖσαν τροφὴν, ὑποχωρήσῃ πρὸς ἑσπέραν· εἴπερ ὑγιαίνουσαν ἰδεῖν συγγενῆ παρεγένετο. καὶ τοῦτο δράσει ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ νοσοῦσαν καὶ νόσον βαρεῖαν, εἰ μὲν μήτηρ εἴη, ἐγκαταμενεῖ τῇ μονῇ, καὶ παρεδρεύσει τῇ νοσούσῃ θυγατρί· καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν ταῖς μοναχαῖς ὁμοίως συνεστιαθεῖσα, πρὸς ἑσπέραν ὑποχωρήσει. εἰ δὲ ἀδελφὴ τυγχάνει, ἢ νύμφη ἐπ' ἀδελφῷ, ἢ ἀνεψιὰ ἀπὸ ἀδελφῆς ἢ ἀδελφοῦ, ἡ πρὸς θέαν ἀφικομένη, πάντη τε καὶ πάντως πρὸς τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἀφίκηται πρὸς ἑσπέραν ὑποχωρήσει.

Εἰ δὲ ἀνὴρ εἴη ὁ πρὸς θέαν παραβαλὼν, πατὴρ τυχὸν, ἢ ἀδελφὸς, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς, εἰς μὲν τὸ μοναστήριον οὐδαμῶς εἰσπορεύσεται· ἄβατον γὰρ τοῦτο παντάπασιν ἀνδράσιν ἡ βασιλεία μου διορίζεται, καὶ κεκλεισμένον διηνεκῶς. ἔξωθεν δὲ κρούσαντος αὐτοῦ, τῆς ἡγουμένης ὑπομνησθείσης, ἡ θεαθῆναι ζητουμένη μονάζουσα κελεύσει ταύτης ἀφίξεται πρὸς τὸν πυλῶνα, συναφίξεται δὲ καὶ ἡ καθηγουμένη, εἴπερ ἐθέλει καὶ δύναιτο· ἢ κελευσάσης αὐτῆς, μία τῶν γεραλεωτέρων, καὶ τιμιωτέρων μοναζουσῶν. καὶ τῆς θύρας ἀνοιγείσης πρὸς τῷ πυλῶνι στὰς, καὶ βραχύ τι διομιλήσας τῇ μοναχῇ, ἀπελεύσεται. εἰ

δ'

Digitized by Google

δ' ἴσως ἡ μοναχὴ ἧς πρὸς τὴν θέαν ὁ πατὴρ ἀφίκετο, ἢ ὁ ἀδελφὸς, ἢ ὁ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς, νοσοίη, καὶ οὕτως ἔχοι ὡς μηδὲ τῷ πυλῶνι προσβαλεῖν δύνασθαι, οὐκ εἰσελεύσεται μὲν οὐδὲ οὕτω τις αὐτῶν εἰς τὸ μοναστήριον. εἰ δὲ βούλοιτο ἡ νοσοῦσα, καὶ ἀναγκαῖον ἡγοῖτο, τὸν παραβαλόντα ἰδεῖν συγγενῆ, φορείῳ βασταχθεῖσα, καὶ πρὸς τῷ πυλῶνι γενομένη, θεασάσθω αὐτὸν ἐκεῖσε, καὶ ἐπαναχθήτω. τὸ γὰρ δοῦναι πρόφασιν εἰσόδου τοῖς ἀνδράσι πρὸς τὴν μονὴν, καὶ μὴ τὴν ἔξω πύλην εὐθὺς ἀποκεκλεῖσθαι πᾶσι, σφόδρα φορτικὸν τῇ βασιλείᾳ μου καὶ ἀβούλητον· δέος γὰρ μή τι συνέλθῃ βλάβος ἐπηρείας δαιμονικῆς ταῖς τῷ ἁγνῷ νυμφίῳ νυμφευομέναις. καὶ διὰ τοῦτο πάσης εἰσόδου τοὺς ἄνδρας ἀπείργεσθαι προσήκειν ἡγοῦμαι, καὶ οὕτως διακελεύομαι. τὸ δ' αὐτὸ κρατείτω, κἂν εἰ τῇ προεστώσῃ ἐντευξόμενος ἀνὴρ τῇ μονῇ παραβάλοι.

Εἰ δ' ἴσως τῶν μοναζουσῶν τινος πατὴρ, ἢ μήτηρ νοσοίη, καὶ οὕτως ἔχοι ὥστε τὰ τελευταῖα πνεῖν, βούλοιτο δὲ ἡ μονάζουσα ἧς ὁ πατὴρ, ἢ ἡ μήτηρ ἀῤῥωστοίη, καὶ ἀναγκαῖον ἡγοῖτο τὸν ἀσθενοῦντα πατέρα, ἢ τὴν μητέρα ἰδεῖν, ἐξελεύσεται τῆς μονῆς προστάξει τῆς καθηγουμένης, συμπαραλαβοῦσα δύο τινὰς τῶν γηραλεωτέρων καὶ σεμνοτέρων μοναζουσῶν, καὶ θεασαμένη

autem Monacha ad quam viſendam pater, vel frater, aut ſororis maritus acceſſit, ægrotaverit, ſicque ſe habuerit, ut ad oſtium accedere nequeat, nec eo quidem caſu aliquis eorum ingredietur in Monaſterium. Si tamen ægra voluerit & neceſſarium duxerit, accedentem conſanguineum videre, ſellâ deportata, & ad oſtium locata, videat eum illic, & dehinc reducatur. valde enim moleſtum eſſet Imperio meo, & voluntati meæ repugnans, ſi daretur viris occaſio ingreſſûs in Monaſterium, & exterior porta non continuò omnibus clauderetur; timendum enim ne quædam nocumenti diabolici pernicies caſto ſponſo deſponſatis unà ingrederetur. Quocirca omni ingreſſu viros arcendos exiſtimo, & ita jubeo. Idem quoque obtineat, etiam ſi quis vir Præfectam allocuturus ad Monaſterium accedat.

Si verò cujuſdam Monialium pater aut mater umquam ægrotaverit, eoque redactus ſit ut extremos ſpiritus exhalet, volueritque Monacha, cujus pater aut mater infirmatur, & neceſſe duxerit ægrotantem patrem, aut matrem inviſere, egredietur è Monaſterio juſſu Præfectæ, duas è ſenioribus & venerabilioribus Monialibus ſecum aſſumens, & poſtquam vide-

Digitized by Google

rit ægrum ſive patrem ſive matrem, ad veſperam revertetur ad Monaſterium, nullo modo ſuſtinens foris Monaſterium manere.

Ne ipſos quidem Procuratores rerum Monaſterii, neque eos qui alia de cauſa accedunt, quibus neceſſarium fortè & utile eſt videri à Præfecta, intra Monaſterium ipſam convenire volumus: ſed ipſa egredietur cum duabus vel tribus ætate grandioribus & pietate clarioribus uſque ad oſtium interius, ac inter duo oſtia accedentes alloquetur, & curabit res Monaſterii; dehinc rurſus ingredietur in Monaſterium, quod viris inacceſſum cuſtodiet, ut dictum eſt. Si verò negotium cujus gratiâ egreſſura eſt, & advenientes allocutura, non ſit neceſſarium; ne exeat, ſed moneatur ſive ab OEconomo, ſive à Presbytero, & quod congruum & utile videtur ipſa diſponat. Si verò mulier ad ſe inviſendam ad Monaſterium venerit, rem ejus ſententiæ remittimus: neque enim contra monaſticas leges colloquium miſcere ſuſtinuerit, cum ea quæ extrinſecus accedit.

Si qua autem ex mulieribus honeſtâ vitâ ornatis, ſecularibus vel extraneis Monialibus, ob virtutem Monialium aſceticè in Monaſterio

τὸν νοσοῦντα πατέρα τυχὸν, ἢ τὴν μητέρα, πρὸς ἑσπέραν ἐπανακάμψει πρὸς τὴν μονὴν, μηδαμοῦ ἀνεχομένη μεῖναι ἔξωθεν τῆς μονῆς.

Αὐτοὺς μέντοιγε τοὺς προνοουμένους τῶν τῆς μονῆς, καὶ τοὺς ἄλλως παραβάλλοντας, οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἴσως καὶ χρειῶδες θεᾶσθαι παρὰ τῆς καθηγουμένης, οὐκ ἔνδοθεν τῆς μονῆς ἐντυγχάνειν ταύτῃ βουλόμεθα, ἀλλ' ἐξελεύσεται αὕτη μετὰ δύο, ἢ καὶ τριῶν γραῶν τῶν εὐλαβεστέρων ἄχρι τοῦ ἔσω πυλῶνος, καὶ μεταξὺ τῶν δύο πυλώνων ἐντεύξεται τοῖς παραγινομένοις, καὶ φροντίσει τῶν τῆς μονῆς· εἶτ' αὖθις εἰς τὴν μονὴν ἐλεύσεται, ἄβατον ταύτην φυλάττουσα ἀνδράσιν, ὡς εἴρηται. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἐπάναγκες ἔργον, δι' ὃ μέλλει ἐξέρχεσθαι, καὶ ἐντυγχάνειν τοῖς εἰσβάλλουσιν, ἵνα μὴ ἐξέρχηται, ἀλλ' ἵνα ὑπομιμνήσκηται, εἴτε παρὰ τοῦ οἰκονόμου, εἴτε παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ὃ δοκεῖ σύμφερον οἰκονομεῖται παρ' αὐτῆς. εἰ δὲ γυνὴ πρὸς θέαν αὐτῆς εἰς τὴν μονὴν ἀφίκοιτο, τῇ γνώμῃ ταύτης τὸ πρᾶγμα ἀνατιθέαμεν· οὐ γὰρ ἂν παρὰ τοὺς ἀσκητικοὺς κανόνας τὴν ἔντευξιν ποιήσασθαι ὑπομείνειε πρὸς τὴν ἔξωθεν παραβάλλουσαν.

Εἰ δέ τις τῶν βίῳ σεμνῷ κεκοσμημένων γυναικῶν, κοσμικῶν ἢ μοναχῶν ἀπὸ τῶν ἔξω, διὰ τὴν τῶν ἐν αὐτῇ ἀσκουμένων μοναζουσῶν

Digitized by Google

ἀρετὴν, θελήσῃ παραβαλεῖν τῇ μονῇ, οὐ κωλυθήσεται παντάπασιν, ἀλλ' εἰσελεύσεται ἐν αὐτῇ προστάξει τῆς καθηγουμένης· καὶ συνεστιαθεῖσα ταῖς μοναχαῖς, περὶ ἑσπέραν ὑποχωρήσει. εἰ δὲ βούλοιτο ἡ παραβάλλουσα, καὶ ἀναγκαῖον ἡγοῖτο μεῖναι ἐν τῇ μονῇ, ἐγκαταμενεῖ ἐν αὐτῇ, καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὑποχωρήσει. καὶ τοῦτο γενήσεται ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐφ' ἑκάστῃ τῶν παραβαλλουσῶν εὐλαβῶν γυναικῶν. αἱ τουτονὶ τὸν τρόπον παραγινόμεναι ἀνάπαυσιν ἕξουσιν ἐν τῷ πλησίον τοῦ πυλῶνος γινομένῳ [a] ἀρχονταρικίῳ, καὶ διὰ τοῦ ἐκεῖσε παρόντος διαβατικοῦ εἰσελεύσονται καὶ ἐξελεύσονται ἐν τῇ μονῇ.

verſantium, voluerit ad illud accedere, nullatenus prohibebitur, ſed in illud introibit juſſu Præfectæ: & ſumta cum Monialibus refectione, ad veſperam recedet. Si verò quæ acceſſit, voluerit & neceſſarium duxerit manere in Monaſterio, in ipſo manebit, & ſequenti die diſcedet. Et id ſemel aut bis per annum concedetur ſingulis piis mulieribus ad Monaſterium accedentibus. Quæ hoc pacto accedent ſomnum capient in Archontaricio prope oſtium ſito, & per eum qui illic eſt tranſitum ingredientur in Monaſterium, & ab eo egredientur.

a Ἀρχονταρικίῳ. Exiſtimat Vir eruditiſſimus ἀρχονταρίκιον id eſſe quod cap. 79. δεσποτικὰ οἰκήματα vocatur. Ab illa tamen ſententia hæc me abducunt. 1. Deſpoticæ domus 150. cubitis ab oſtio diſtabant, ut cernere eſt capite ultimo; ἀρχονταρίκιον autem dicitur fuiſſe prope oſtium: at in admodum anguſto Monaſterio, ut iſtud erat, id non diceretur prope oſtium, quod ab eo tanto ſpatio diſtaret. Et quod magis urgét, Deſpoticæ domus ad oppoſitam oſtio plagam ſitæ erant; nam qui caput ultimum, de ſitu Monaſterii, diligenter conſiderabit, deprehendet Deſpoticas domos verſus Aquilonem, oſtium verò ad Meridiem ſitum fuiſſe. Oſtium autem unicum erat in Monaſterio, quod in interius & exterius dividebatur, ut ex pluribus Typici locis intelligere eſt. 2. Quis credat eas quæ ſeceſſus gratiâ ad Monaſterium accedebant, ad Imperatoriam domum, ubi magnus virorum mulierumque famulatus habitabat, cubitum amandatas fuiſſe. 3. ἀρχονταρίκιον videtur vox diminutiva, quæ domibus illis ampliſſimis, ut habetur cap. 79. convenire nequit. Nec officit quod hîc dicitur, Ingredientur in Monaſterium per ἐκεῖσε διαβατικόν; hinc enim non putandum, eas è Monaſterii ſepto egreſſas fuiſſe, nam cap 17. jubetur ut Præfecta, quæ Procuratores alloquendi causâ ad oſtium accedit, ipſos alloquatur inter duo oſtia, nempe interius, & exterius, & dehinc ingrediatur in Monaſterium, tametſi illa è Monaſterio nullatenus egrediebatur. Dicendum igitur, ἀρχονταρίκιον fuiſſe cellam quamdam prope oſtium, non interius, ſed exterius, ſive primum Monaſterii ingreſſum, intra ſeptum Monaſterii; quod rem diligentiùs conſideranti patebit. Cur autem ſic vocetur, ignoratur.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

A quanam fieri debeat Officialium inſtitutio, & quomodo.

OMnium Monaſterii Officialium electionem & inſtitutionem Præfecta faciet, propriâ illas ſententiâ eligens & inſtituens. Quoties enim opus fuerit quamdam inſtitui ad quodlibet officium, claves quidem ante ſacrum ponentur adytum, & unà cum illis verba ejuſdem officii ex præſenti Imperii mei Typico tranſſumta. Triſagio autem dicto, accedet quæ ad illud officium deſignata eſt: & facta triplici genuflexione, acceptiſque clavibus, caput poſtea Præfectæ inclinabit, priùs procidens ad pedes ejuſdem, & poſtea ſurgens. Illa verò eam inſtituet, hæc verba dicens: *Immaculata & gratiâ plena Deipara deſignat te ad officium N.* In quibus verò officiis claves non ſunt, ad inſtitutionem ſufficient ejuſdem inſtitutionis verba à Præfecta prolata, & acceptio de-

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ τοῦ παρὰ τίνος δεῖ γίνεσθαι τὰς προχειρίσεις τῶν διακονητειῶν, καὶ πῶς.

ΠΑσῶν δὲ τῶν τῆς μονῆς διακονητειῶν τὴν πρόκρισίν τε καὶ προχείρισιν ἡ καθηγουμένη ἔσται ποιοῦσα, κατὰ γνώμην οἰκείαν καὶ προκρίνουσα καὶ προχειριζομένη. ὁσάκις γὰρ ἂν δεήσῃ προχειρισθῆναί τινα εἰς ὁποιανοῦν διακονίαν, αἱ κλεῖδες μὲν περὶ τοῦ ἱεροῦ τεθήσονται [a] βήματος, καὶ τὰ παρὰ τῆς τοιαύτης διακονίας ῥήματα σὺν αὐταῖς, ἐκ τοῦ παρόντος τυπικοῦ τῆς βασιλείας μου μεταλαμβανόμενα. τρισαγίου δὲ λεγομένου, προσελεύσεται ἡ εἰς τὴν διακονίαν ἀφορισθεῖσα· τρίτον τε γονυκλιτήσασα, καὶ τὰς κλεῖς εἰληφυῖα, ὑποκλινεῖ μετὰ τοῦτο τῇ καθηγουμένῃ τὴν κεφαλὴν, πρότερον πεσοῦσα παρὰ τοὺς πόδας τῆς καθηγουμένης, καὶ ἀναστᾶσα. ἡ δὲ προχειρίσεται ταύτην, ἐπειποῦσα τάδε τὰ ῥήματα· ἡ ὑπεράμωμος καὶ κεχαριτωμένη Θεοτόκος ἀφορίζει σε εἰς τὴν διακονίαν τήνδε. ἐν μέντοι ταῖς διακονίαις αἷς οὐ πρόσεισι κλεῖδες, ἀρκέσουσιν εἰς προχείρισιν τὰ παρὰ τῆς καθηγουμένης ἐπιλεγόμενα τῆς

a Βῆμα. Ea pars Eccleſiæ, quæ apud nos Preſbyterium vocatur, quòd Preſbyteris & Miniſtris Altaris aſſignata ſit, de quo fusè eruditus Pater Goar in Notis ad Euchologium.

Digitized by Google

προχειρείσεως ῥήματα, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ πρὸ τοῦ ἁγίου βήματος τόπου ἀνάληψις τῶν περὶ ἑκάστης διακονίας ἐγγράφων, ὡς εἴρηται, διαταγμάτων. χρὴ δὲ καὶ τὰς διακονητρίας τὰ τῆς ἐμπεπιστευμένης ἑκάστῃ τούτων διακονίας ἰδικὰ παραγγέλματα, ἐκ τοῦ πρὸ τοῦ ἁγίου βήματος τόπου παραλαμβάνειν, ὡς ἂν εἰδεῖεν, ὅθεν τε ἀναδέχεται τὴν διακονίαν, καὶ ὅπως ὑπισχνῆται ταύτην διέπειν.

ſcriptorum de ſingulis officiis ſtatutorum, ex loco qui ante ſanctum adytum ſitus eſt, ut dictum eſt. Oportet autem, ut unaquæque Officialium ſpecialia ſtatuta commiſſi ſibi officii, è loco ante ſanctum adytum ſito, accipiat; ut conſideret, & unde officium deſumat, & quî polliceatur ſe illud adminiſtraturam.

ΚΕΦ. ΙΘ.

Περὶ τῆς σκευοφυλακίσσης.

ΚΑὶ σκευοφυλάκισσαν εἶναι βούλομαι ἐν τῇ μονῇ, ἥτις ὀφείλει φυλάττειν τὰ ἱερὰ σκεύη καὶ ἔπιπλα, καὶ παντοίας ἐπιμελείας ἀξιοῦν αὐτὰ, παραδιδόμενα ταυτῇ δι' ἐγγράφου, καὶ ἀξιοπίστου τῆς παραδόσεως πρακτικοῦ. ὡσαύτως καὶ τὸ εἰσαγόμενον κήρειον ἐν τῇ μονῇ ἡ αὐτὴ ὀφείλει παραλαμβάνειν, καὶ προσγράφεσθαι κατὰ λεπτὸν τὰς εἰσοδοεξόδους αὐτοῦ, καὶ λογαριάζεσθαι παρὰ τῆς ἡγουμένης.

Η αὐτὴ δὲ ὀφείλει ἔσωθεν τῆς μονῆς διὰ γυναικῶν κατασκευάζειν τὰ κήρεια τὰ εἰς φωταψίαν πᾶσαν τοῦ ναοῦ ἐξοδιάζεσθαι ἐτησίως διορισθέντα, κατὰ τὸν τυπωθέντα παρὰ τῆς βασιλείας μου * σταυθμὸν, καὶ

* ςαθμὸν

CAPUT XIX.

De Scevophylaciſſa ſeu vaſorum Cuſtode.

VOLO vaſorum Cuſtodem eſſe in Monaſterio, cui incumbet ſacra vaſa & ſupellectilia cuſtodire, omnique cura & ſtudio ea digna habere: quæ ipſi tradentur per ſcriptum & fide dignum traditionis actum. Ceram ſimiliter Monaſterio allatam ipſa percipere debet, ejuſque perceptionem & uſum minutatim deſcribere, & rationem Præfectæ reddere.

Eidem incumbet, cereos intra Monaſterium mulierum operâ præparare, quos in univerſum Templi luminare quotannis impendi definitum eſt; juxta ſtatutum à Majeſtate mea pondus: illoſque

Digitized by Google

tradere Eccleſiæ Præpoſitæ, quæ Lucernarii Eccleſiæ curam geret, ut in ſequentibus dicetur. Ipſa quoque debet, quæ quotidiani ſunt uſus, & quæ ſolemnitatibus inſerviunt, Eccleſiarchiſſæ in Eccleſiæ miniſterium tradere, & congruo tempore eadem ab illa reſumere & cuſtodire: quæ autem redundant in Scevophylacio ſeu Sacrario, incluſa & ſigillata, cùm à Præfecta, tum à ſeipſa, aſſervare. Et omnia ſibi credita reddere tenebitur ſaltem ubi ab hujuſmodi officio amovebitur, juxta ſibi factum traditionis actum. Nam penes Præfectam eſt Officiales amovere & mutare juxta modum dicendum. Eas namque quæ ad ſingula officia electæ, ſtudioſè & in Dei timore ipſis incumbunt, juſtum eſt immotas ſinere: ſi verò negligenter & cum contemtu, ſive etiam fraudulenter illis fungantur, illas amovere, & alias inſtituere. Si quæ autem quidpiam quantumvis minimum ſurripuerit, obnoxia erit immaculatæ & gratiâ plenæ Deiparæ, à qua claves accepit.

παραδιδόναι τῇ ἐκκλησιαρχίσσῃ· ἥδε τὴν τῆς ἐκκλησίας ποιήσεται φωταγωγίαν, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς εἰρήσεται. δεῖ δὲ ταύτην τὰ μὲν τῆς καθημερινῆς χρείας, καὶ τὰ ἐν ταῖς ἑορταῖς χρειώδη, παραδιδόναι τῇ ἐκκλησιαρχίσσῃ εἰς ὑπηρεσίαν τῆς ἐκκλησίας· ὅτε δὲ καιρὸς, παραλαμβάνειν πάλιν ταῦτα ἐξ αὐτῆς, καὶ παραφυλάττειν· τὰ δὲ ἐπέκεινα τῶν χρειωδῶν ἔχειν ἐν τῷ σκευοφυλακείῳ ἐγκεκλεισμένα καὶ βεβουλλωμένα παρά τε τῆς καθηγουμένης, καὶ αὐτῆς· πάντα τὰ ταύτῃ ἐμπεπιστευμένα αὐτῇ παραδιδόναι ὀφειλούσης, ὁπηνίκα κἂν τῆς τοιαύτης διακονίας μετακινοῖτο, κατὰ τὸ γεγονὸς πρὸς αὐτὴν τῆς παραδόσεως πρακτικόν. ἐπ' ἐξουσίας γάρ ἐστι τῇ καθηγουμένῃ μεθιστᾶν τὰς διακονούσας καὶ ἐναλλάττειν καθ' ὃν εἰρήσεται τρόπον. τὰς γὰρ ἐφ' ἑκάστῃ τῶν διακονιῶν προκεχειρισμένας, προσεκτικῶς μὲν, καὶ θεοφόβως αὐτὰς μετιούσας, ἐᾶν ἀμετακινήτους δίκαιον· ἀμελούσας δὲ αὐτῶν, καὶ καταφρονούσας, ἴσως δὲ καὶ δολιευομένας ἐν αὐταῖς, μεθιστᾶν, καὶ ἑτέρας ἀποκαθιστᾶν. εἴ τις δὲ τούτων νοσφιζομένη τύχῃ ἄχρι καὶ τοῦ τυχόντος, ὑπόδικος ἔσται τῇ παναχράντῳ καὶ κεχαριτωμένῃ Θεοτόκῳ, ἀφ' ἧς ἄρα τὰς κλεῖς παρέλαβεν.

Ipſa verò non modò vaſorum Cuſtos erit, ſed & char-

Η αὐτὴ οὐ σκευοφυλάκισσα μόνον ἔσται, ἀλλὰ καὶ χαρτοφυλάκισ-

σα, μετὰ ὑπογραφῆς τὰ χαρτῷα πάντα δικαιώματα τῆς μονῆς παραλαμβάνουσα, καὶ παραφυλάττουσα ταῦτα, καὶ παντοίας ἐπιμελείας ἀξιοῦσα, καὶ μηδὲ σητόβρωτα συγχωροῦσα γίνεσθαι. χρείας δὲ χαρτίου τινὸς γινομένης, ὁρισμῷ τῆς καθηγουμένης ἐξενέγκῃ τὸ ζητούμενον χαρτίον, καὶ ἐπιδώσει, προσγραφομένη ὁποῖόν τε τὸ χαρτίον ἐστὶ, καί τις ὁ τοῦτο ἀναλαβόμενος. ἡμερῶν δέ τινων μετὰ τοῦτο διελθουσῶν, ὑπομνήσει τὴν καθηγουμένην, καὶ ἀνακαλέσεται τὸ ἐκβληθὲν, ὡς εἴρηται, χαρτίον, καὶ οὐκ ἐάσει παραπόλλυσθαι.

tarum ; omniaque chartacea Monaſterii inſtrumenta cum reſcripto accipiet, conſervabit, & omnimoda ſollicitudine digna habebit, neque à tineis abrodi ſinet. Si autem cujuſpiam chartæ opus fuerit, juſſu Præfectæ poſtulatam chartam deferet & tradet, ſcribens qualis illa ſit, & quis illam adſumſerit. Elapſis poſthac quibuſdam diebus, monebit Præfectam, & repetet eductam, ut dictum eſt, chartam, nec ſinet eam deperire.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ εἰσοδιαζόμενον ἐν τῇ μονῇ κηρίον κατὰ πολὺ ἐπέκεινα τῆς ἐξόδου ἐστὶ, διορίζεται ἡ βασιλεία μου, πέντε μόνα [a] κεντηνάρια ὑποκρατεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ, λόγῳ τῆς ἐκκλησίας καὶ λοιπῆς ἐξόδου· τὸ δὲ λοιπὸν ἅμα τῷ εἰσοδιασθῆναι, εὐθὺς διαπωλεῖσθαι, καὶ δίδοσθαι εἰς ἑτέρας ἐξόδους τῆς μονῆς.

Quandoquidem autem percepta in Monaſterio cera, expenſam ejus multum excedit; ſtatuit Imperium meum ut ex ea quinque tantùm centenaria retineantur pro Eccleſia, & reliquo uſu : reſiduum verò cùm primùm perceptum fuerit, ſtatim vendatur, & ad alias Monaſterii expenſas tradatur.

[a] κεντηνάρια, centenarium centum libris conſtat, cùm in ponderibus, tum in pecuniis.

CAPUT XX.

De Eccleſiarchiſſa, ſeu Eccleſiæ Præpoſita.

Ecclesiæ Præpoſita per Præfectam electa, quæ videlicet ipſi ad tale officium apta & idonea viſa fuerit; omnia quidem quæ in Templo Monaſterii uſui eſſe debent à vaſorum Cuſtode per actum accipiet tempore electionis: alia verò feſtis ſolemnibus & quotidiano uſui convenientia, congruo tempore. Ipſa curabit conſuetum Eccleſiæ ornatum, & definitum in præſenti Typico ſingulis temporibus luminare, ſtatutos cereos paratos accipiens à vaſorum Cuſtode, ſive quos ad quotidianum uſum, ſive quos ad ſingulas ſolemnitates abſumi definitum eſt. Sollicitudinem quoque geret Eccleſiaſticæ in Pſalmodia diſciplinæ, ut moris eſt Eccleſiæ Præpoſitis.

Oportet autem ut Eccleſiæ Præpoſita Pareccleſiarchiſſam

ΚΕΦ. Κ.

Περὶ τῆς ἐκκλησιαρχίσσης.

Ἡ μέντοι ἐκκλησιάρχισσα παρὰ τῆς καθηγουμένης προχειριζομένη, ἥτις ἂν αὐτῇ δόξῃ πρὸς τὴν τοιαύτην διακονίαν πρόσφορός τε, καὶ ἐπιτηδεία, παραλαμβάνουσα πάντα ἀπὸ τῆς σκευοφυλακίσσης· τὰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς μονῆς ὀφείλοντα χρησιμεύειν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προχειρίσεως, διὰ πρακτικοῦ· τὰ δ' ἄλλα τὰ ἐν ταῖς ἑορταῖς, ἢ τῇ καθημερινῇ χρήσει πρόσφορα, κατὰ τὸν δέοντα καιρόν. αὕτη φροντιεῖ τοῦ συνήθους κόσμου τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀφωρισμένης ἐν τῷ παρόντι τυπικῷ ἑκάστοτε φωταψίας· τὰ τετυπωμένα κηρία εἰργασμένα παραλαμβάνουσα ἀπὸ τῆς σκευοφυλακίσσης, τά τε εἰς καθημερινὴν χρείαν, καὶ τὰ εἰς ἑκάστην ἑορτὴν ἀναλίσκεσθαι τυπωθέντα. ποιεῖσθαι δὲ φροντίδα καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ καταστάσεως, καθὼς ἔθος ἐστὶ ταῖς ἐκκλησιαρχίσσαις.

Ὀφείλει δὲ ἔχειν ἡ [a] κατὰ καιροὺς ἐκκλησιάρχισσα, καὶ παρεκκλη-

[a] ἡ κατὰ καιροὺς, quaſi dicas, quæ per tempora erit, frequens in hoc Opere loquendi modus: at cùm vix aptè exprimi queat, & nihil ad ſenſum addat, conſultò omittitur.

σιαρχίσσαν

ὑπάρχουσαν συμπονοῦσαν αὐτῇ, καὶ καθυπηρετοῦσαν, καὶ συνεργοῦσαν εἰς τὴν ἀνακειμένην αὐτῇ διακονίαν.

ΚΕΦ: ΚΑ.

Περὶ τῆς τὰ ἐδώδιμα εἰσοδιαζούσης τε, καὶ ἐξοδιαζούσης διακονητρίας, καὶ τῆς παρ' αὐτῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι τούτων ἀπογραφῆς.

Ὡσαύτως καὶ τὴν τὰ εἰσοδιαζόμενα πάντα τῇ μονῇ βρώσιμα εἰσοδιάζουσάν τε καὶ ἐξοδιάζουσαν διακονητρίαν, διοριζόμεθα κατὰ μικρὸν ἀπογράφεσθαι τὰς εἰσόδους, πόσαι τε, καὶ πότε, καὶ ὅθεν. τὰς δὲ ἐξόδους ποιεῖν φανερῶς, κατὰ τὴν τῆς ἡγουμένης πρόσταξιν· εἴπερ μέλλοι τῇ μὲν ἑαυτῆς διακονίᾳ τὸ ἄμεμπτον περιποιεῖσθαι, καὶ ἀπρόσκοπον, τῇ δὲ ἀδελφότητι πάσῃ τὸ ἀσκανδάλιστον, καὶ ἀτάραχον, καὶ πάσας πληροφορεῖν.

habeat ſe adjuvantem, ſibi miniſtrantem, & unà operam navantem officio ſibi incumbenti.

CAPUT XXI.

De Officiali quæ eſui neceſſaria percipit & expendit, & quòd hæc ab ipſa ſcripto mandari debeant.

OFFICIALEM ſimiliter omnia eſui apta, ad Monaſterium comportata percipientem & expendentem, ſtatuimus minutatim deſcribere quæ percepit, quanta, quando & unde obvenerint. Expenſas autem juxta mandatum Præfectæ palam facere; ſi voluerit miniſterium quidem ſuum irreprehenſum & inculpatum ſervare; Sorores verò omnes ſine ſcandalo & perturbatione eſſe, omnibuſque animum explere.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

De vini Cuſtode.

VINI quoque Cuſtodem inſtituet Præfecta, cui incumbet, vinum omne Monaſterio allatum vetus & novum percipere, deſcribere, & expendere ubi à Præfecta juſſum fuerit.

ΚΕΦ. ΚΒ.

Περὶ τῆς οἰνοχόης.

ΚΑὶ οἰνοχόον προχειριεῖται ἡ καθηγουμένη, ὀφείλουσαν παραλαμβάνειν πάντα τὸν εἰσοιδιαζόμενον ἐν τῇ μονῇ οἶνον, παλαιόν τε καὶ νέον, καὶ προσγράφεσθαι τοῦτον, καὶ ἐξοδιάζειν ἔνθα παρὰ τῆς ἡγουμένης προσταχθῇ.

CAPUT XXIII.

De Horrearia.

HORREARIAM quoque ſtatuet Præfecta, cujus officium erit, fruges omnes, & legumina percipere, eaque expendere juſſu Præfectæ; ac omnimodam eorum curam gerere, ne fortè incuriâ in horreis depereant.

ΚΕΦ. ΚΓ.

Περὶ τῆς ὡρειαρίας.

ΚΑὶ ὡρειαρίαν δὲ καταστήσει ἡ καθηγουμένη, ὀφείλουσαν τὰ γεννήματα πάντα παραλαμβάνειν, ἔτι δὲ καὶ τὰ ὄσπρεια, καὶ τὰς ἐξόδους τούτων ποιεῖσθαι, προστάξει τῆς καθηγουμένης· ἔτι τε παντοίως ἐπιμελεῖσθαι τούτων, ἵνα μὴ ἐξ ἀμελείας τυχὸν ἐν τοῖς ὡρείοις ἀπόλλωνται.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΔ.

Περὶ τῆς τῶν δοχειαρειῶν διακονίας.

ΠΕρὶ δὲ τῆς τῶν νομισμάτων εἰσόδου τε καὶ ἐξόδου, φυλακῆς τε, καὶ ἀπογραφῆς, ἤδη λεκτέον. δύο γὰρ δοχειαρίας τυπούμεθα εἶναι ἐν τῇ μονῇ, ὧν τὴν μὲν μίαν κρατεῖν τὸ κιβώτιον τῶν τῆς εἰσοδοεξόδου νομισμάτων· τὴν δὲ ἑτέραν κρατεῖν τὸ [a] βέστιον τῶν ἐνδυμάτων· καὶ αὐτὴ γὰρ δοχειαρία ὀνομασθήσεται.

Η γοῦν δοχειαρία τῆς εἰσόδου τῶν νομισμάτων, ἅμα τῇ ἑτέρᾳ δοχειαρίᾳ τῇ ἐπὶ τοῦ βεστίου, εἰδήσει καὶ παρουσίᾳ τῆς ἡγουμένης ἀπογράψεται πᾶσαν εἴσοδον διὰ νομισμάτων, εἰσοδιαζομένην εἰς τὸ μοναστήριον, οἵα καὶ ὅθεν ἐστίν. ἐκβάλλουσα δὲ ἀπ' αὐτῶν προστάξει τῆς καθηγουμένης ποσότητα νομισμάτων, ὅσην ἂν αὐτὴ ἡ καθηγουμένη θελήσῃ, καὶ προσγραφομένη ταύτην ἐν τῷ μικρῷ προσγράφῳ, μετὰ τῆς ἑτέρας δοχειαρίας, αὐτὴ παραλήψεται ταύτην, καὶ ἐξοδιάσει ἔνθα ἡ καθηγουμένη προστάξει, προσγράφουσα λεπτομερῶς τῆς ἐξόδου τῶν τοιούτων νομισμάτων

CAPUT XXIV.

De officio Depoſitariarum.

DE perceptione & expenſa pecuniarum, necnon de earum cuſtodia & deſcriptione, jam dicendum eſt. Duas enim Depoſitarias in Monaſterio eſſe ſtatuimus, quarum una quidem arculam receptarum & inſumendarum pecuniarum cuſtodiet; altera verò veſtiarium indumentorum aſſervabit: nam & ipſa Depoſitaria vocabitur.

Depoſitaria itaque receptarum pecuniarum, unà cum altera Depoſitaria veſtiarii, ſciente & præſente Præfecta, deſcribet omnem reditum pecuniarum in Monaſterio receptarum, nempe cujuſmodi & undenam illæ ſint. Extrahet autem ex ipſis juſſu Præfectæ ſummam pecuniarum quantam ipſa Præfecta voluerit, & deſcribet illam in parva ſchedula, cum alia Depoſitaria; quam ipſa ſuſcipiet & expendet ubi Præfecta juſſerit, taliumque pecuniarum expenſam minutatim in codice deſcribet. Et poſtquam pecuniæ abſumtæ

[a] βέστιον, vulgò dicitur βεστιάριον, Moſchopulus, in Ecloga vocum Atticarum. nam βέστιον eſt ipſum indumentum.

fuerint, codicem deferet, rationemque Præfectæ reddet in conſpectu alterius Depoſitariæ. Reſcripta autem pecuniarum ſic expenſarum, proprio Contacio inſerta in receptaculo jacere debent. Dehinc Depoſitaria eodem modo alias pecunias juſſu Præfectæ reſumet. Et ſic fiet in perpetuum. Arculam verò hujuſmodi pecuniarum perceptarum & inſumendarum, ſigillatam oportet à duabus Depoſitariis, & ab ipſa Præfecta.

Alteram autem arculam reponi volumus in Scevophylacio, ſeu Sacrario, ſigillatam à Præfecta, OEconomo, vaſorum Cuſtode, & Depoſitariis, in qua reconditæ pecuniæ ſervabuntur. Expleto igitur anno; ſi miſeratione Gratiâ-plenæ, reſiduæ quædam pecuniæ antiquæ qualitatis reperiantur, quæ Monaſterio per id temporis neceſſaria non ſint, in memorata arcula recondentur, ſublato priùs ſigillo, ac deinde reſti-

γινομένου παρ' αὐτῆς. ἥτις μετὰ τὸ πληρῶσαι τὰ νομίσματα ἀποκομίσει τὸ πρόσγραφον, καὶ λογαριασθήσεται παρὰ τῆς καθηγουμένης, ἐνώπιον καὶ τῆς ἑτέρας δοχειαρίας. καὶ ἀπογραφαὶ τῶν τοιουτοτρόπως ἐξοδιαζομένων νομισμάτων, ἐν ἰδιάζοντι [a] κοντακίῳ καταστρωννύμεναι, εἰς τὸ δοχεῖον κεῖσθαι ὀφείλουσιν. εἶθ' οὕτως ἀναλήψεται πάλιν ἕτερα νομίσματα ἡ δοχειαρία προστάξει τῆς καθηγουμένης. καὶ οὕτως γενήσεται εἰς τὸ διηνεκές. τὸ μέν τοι κιβώτιον τῶν τοιούτων νομισμάτων τῆς εἰσοδοεξόδου, ὀφείλει ἐσφραγισμένον εἶναι παρά τε τῶν δύο δοχειαριῶν, καὶ αὐτῆς τῆς καθηγουμένης.

Ἕτερον δὲ κιβώτιον βουλόμεθα κεῖσθαι ἐν τῷ σκευοφυλακείῳ, ἐσφραγισμένον παρά τε τῆς καθηγουμένης, τοῦ οἰκονόμου, τῆς σκευοφυλακίσσης, καὶ τῶν δοχειαριῶν, ὅπερ ὀφείλει ἔχειν τὰ ἐναπόθετα νομίσματα. ὅτε γοῦν συμπληρωθῇ ὁ χρόνος, καὶ διευρίσκεται, τῷ τῆς Κεχαριτωμένης ἐλέει, περισσεύοντά τινα νομισμάτων παλαιᾶς ποιότητος ὄντα, μὴ χρειώδη τηνικαῦτα τυγχάνοντα τῇ μονῇ, ἐναποτίθεσθαι ταῦτα τῷ εἰρημένῳ κιβωτίῳ, ἀποσφραγιζομένῳ, καὶ

[a] κοντάκιον, vox hæc variè uſurpatur. 1. κοντάκιον eſt pars Officii divini de qua fusè Goarus in notis ad Euchologium. 2. Arcudius de Concordia, dicit eſſe membranam rotundo ligno circumvolvi ſolitam. 3. Moſchopulus ait κοντάκιον eſſe τόμον, ſeu volumen, quo ſenſu hîc accipi debet.

σφραγιζομένῳ, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται· προσγραφὴν τε γίνεσθαι τῆς τῶν νομισμάτων ἀποθέσεως· ὥσπερ πάλιν, ὅπερ ἀπεύχομαι, τυχηρῶς τινος συμβάντος εἰς τὴν μονὴν, ὥστε μὴ ἔχειν τὰ πρὸς ἔξοδον ταύτης ἀλλαχόθεν, ἀποσφραγίζεσθαι τὸ τοιοῦτον κιβώτιον παρὰ τῶν σφραγιζόντων, καὶ ἐκβάλλεσθαι ποσότητα νομισμάτων τινὰ, καὶ δίδοσθαι ταῦτα εἰς τὸ δοχεῖον, καὶ προβαίνειν τὰς ἐξόδους, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται.

tuto, ut ſuprà dictum eſt: fiatque reſcriptum reconditæ pecuniæ; ut ſi (quod abſit) caſu quopiam in Monaſterio obtingente, neceſſaria ad ejus expenſas aliunde non ſuppetant; avulſo illius arculæ ſigillo ab iis qui illam obſignarant, ſumma quædam pecuniæ educatur, & ad receptaculum depoſiti tradatur, eoque pacto procedant expenſæ, quo ſuperiùs dictum eſt.

ΚΕΦ. ΚΕ.

Περὶ τῆς τραπεζαρίας, καὶ τῆς ταύτης διακονίας.

ΜΕτὰ δὲ τῶν ἄλλων διακονητριῶν, ὧν οἶδε δεῖσθαι ἡ τῶν κοινοβιακῶς ζώντων διαγωγὴ, προχειρεῖται ἡ ἡγουμένη καὶ τραπεζαρίαν· διακονοῦσαν μὲν καὶ τἄλλα ὅσαπερ ἡ κελλαρία αὐτῇ ἐπιτρέψει, καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἑστιάσει περιέρχεσθαι τὴν τράπεζαν ἡσυχῇ, καὶ ἠρεμαίως ὀφείλουσαν. καὶ εἴ τινας ἴδοι τῶν ἀδελφῶν θορυβούσας, καὶ ταραττομένας, ἢ ψιθυριζούσας, ἠρέμα ταύτας ἡσυχίας ὑπομιμνήσκειν, καὶ συμβουλεύειν αὐταῖς ψάλλειν κατὰ νοῦν, καὶ ὁμιλίας ἀπέχεσθαι.

Καὶ προσέτι μελήσει ταύτῃ, καὶ

CAPUT XXV.

De Refectoraria, & de ejus officio.

CUM aliis Officialibus quibus egere ſolet cœnobiticè viventium inſtitutum, eliget Præfecta & Refectorariam, quæ cùm in aliis quibuſcumque à Cellaria ſibi mandatis miniſtrabit; tum in ipſa refectione, menſam quietè & pedetentim circuibit. Et ſi quas Sororum viderit turbas excitantes, aut perturbatas, vel ſuſurrantes, leniter eas monebit ut quieſcant, hortabiturque ut mente pſallant, & à colloquio abſtineant.

Inſuper curæ erit ipſi, ex-

Digitized by Google

actam Sororum rationem numerumque habere : neque ignorabit quænam earum gratiarum actioni non adfuerit, quænam à refectione abfuerit; & de ſingulis Præfectam certiorem faciet. Cui, ut propria electione & cooptatione Officiales inſtituenti, ut ſæpenumero dictum eſt, integrum erit, eas quæ inculpatè credito ſibi officio funguntur, ſinere, ſi quidem voluerit, ipſis diutius operam dare: quæ verò illa ſecus quàm par eſt, quod abſit, adminiſtrant, ut improbas amovere, & earum loco alias inſtituere. Et Præfecta quidem ex ſententia & lubito ſuo erga ipſas ſe geret. Ego verò omnes adhortor, quibus quodlibet vel minimum officium concreditum eſt, & quaſi vice gratiæ ab ipſis poſtulo, ut ſingulæ rectè & ad Dei placitum, officium ſuum perſolvant : ſicque ſe habeant ad executionem rerum ad ſe ſpectantium, ac ſi Dei negotia ſibi commiſſa eſſent, de quibus Deo rationem reddituræ eſſent, ut revera ſe habet. Benignus enim Deus, quæcumque pro aliis mutuò agimus, benignè in ſeipſum recipit, ut ſancta docent nos Evangelia, ubi dicens ipſe perhibetur: *In quantum feciſtis uni illorum, mihi feciſtis,*

Matth. 25.

ἢ τῶν ἀδελφῶν ἀκριβολογία· καὶ τὸ μὴ ἀγνοῆσαι, τίς μὲν αὐτῶν οὐ παρῆν ἐν τῇ εὐχαριστίᾳ, τίς δὲ ἀπελείφθη εἰς τὴν ἑστίασιν· καὶ περὶ ἑκάστης ἀναγγέλλειν τῇ προεστώσῃ. ἣ κατ᾽ οἰκείαν ἐπιλογήν τε καὶ πρόκρισιν τὰς διακονεῖν ὀφειλούσας, ὡς πολλάκις εἴρηται, προχειριζομένη, ἐπ᾽ ἀδείας ἕξει, τὰς μὲν ἀκαταγνώστως τὴν πιστευθεῖσαν ἐνεργούσας διακονίαν, ἐᾶν εἴ γε βούλοιτο ἐπὶ πλεῖστον ταύταις ἐνασχολεῖσθαι· τὰς δὲ μὴ ὡς θέμις, ὅπερ ἀπείη, ταύτας μεταχειριζομένας, ὡς ἀδοκίμους μετακινεῖν, ἑτέρας δὲ ἀντικαθιστᾶν. καὶ ἡ μὲν καθηγουμένη ἐπὶ ταύταις πράξει τὰ κατὰ γνώμην ἑαυτῇ καὶ ἀρέσκειαν. ἐγὼ δὲ πάσαις παραγγέλλω τὴν ἡντιναοῦν διακονίαν πεπιστευμέναις μέχρι τῶν ἐσχάτων, καὶ ὡς ἐν μέρει χάριτος αἰτῶ παρ᾽ αὐτῶν, τὸ καλῶς τε καὶ θεοφιλῶς ἑκάστην τὴν ἑαυτῆς ἀνύειν διακονίαν· καὶ οὕτω διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν ἀνηκόντων ἐκπλήρωσιν, ὡς καὶ πιστευομένας τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ Θεῷ ὑφεξούσας τὸν ἐπὶ τούτοις λόγον, ὥσπερ ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια. πάντα γὰρ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τὰ παρ᾽ ἡμῶν εἰς ἀλλήλους γινόμενα φιλανθρώπως εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται, καθὼς τὰ ἱερὰ διδάσκουσιν ἡμᾶς εὐαγγέλια, ἐν οἷς λέγων αὐτὸς φαίνεται· ἐφ᾽ ὅσον ἐ- «
ποιήσατε ἑνὶ τούτων, ἐμοὶ ἐποιή- «

„ σατε, καὶ ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε, „ οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.

Καὶ παρακαλῶ ὁλοψύχως τῆς διακονίας ἔχεσθαι, καὶ μὴ ὀλιγωρεῖν, ἢ ἀπογινώσκειν, ὡς τῆς ἑαυτῶν ἀπολωλεκυίας ὠφέλειαν, ἀπολιμπανομένας τῶν θείων συνάξεων ἐκ τῆς εἰς τὰς διακονίας ἀσχολίας· ἀλλ' εὐθύμως μᾶλλον ἔχειν καὶ χαρμοσύνως διακελεύομαι, ὅτι ἐνίσχυσεν αὐτὰς ὁ κύριος ταῖς πρεσβείαις τῆς ἀπειράνδρου, καὶ κεχαριτωμένης μητρὸς αὐτοῦ, ταῖς αὐτῶν ἀδελφαῖς κατὰ μίμησιν ἐ„ κείνου διακονῆσαι, ὅς φησιν, οὐκ „ ἦλθον διακονηθῆναι, ἀλλὰ δια„ κονῆσαι· καὶ θεῖναι τὴν ψυχήν μου „ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. ὁρᾶτε ἀδελφαί, ποῖον αὐταὶ ἔργον ἀποπληροῦτε, ὁρᾶτε τίνα μιμεῖσθε, βλέπετε ὅτι τὸ κεφάλαιον παντὸς ἀγαθοῦ τὴν ἀγάπην μετέρχεσθε. χαίρειν μὲν οὖν δεῖ καὶ σκιρτᾶν ὑμᾶς, ὅτι ὃ μόλις δύναιντ' ἂν κατορθῶσαι αἱ τῇ εὐχῇ προσανέχουσαι, ἔργῳ καθ' ἑκάστην αὐταὶ ἐκπληροῦτε. μακάριαί ἐστε τῆς ἐνταῦθα ἀσχολίας, καὶ ζηλωταί· καλὴ μὲν γὰρ καὶ ἡ προσευχή, καὶ σφόδρα καλή, Θεῷ προσομιλεῖν ἡμᾶς ποιοῦσα, καὶ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν αἴρουσα· κρείσσων δὲ ἄρα καὶ μείζων πολλῷ πλέον ἡ ἀγάπη· ἐκείνη μὲν γὰρ μέρος ἀρετῆς καὶ τοῦ ὅλου μέρους τῆς τελειότητος ἀπότμημά τι καὶ μό-

& inquantum non feciſtis, neque mihi feciſtis.

Et rogo, ut toto animo officiis ſuis operam navent, neque illa negligant, vel animum deſpondeant, ac ſi diſpereat earum emolumentum, quippe quæ pro negotiis officii ſui divinos conventus deſerere cogantur: ſed hortor magis, ut bono & læto ſint animo, quòd Dominus ipſas roborarit interceſſionibus viri expertis & gratiâ plenæ Matris ejus, ad miniſtrandum Sororibus ſuis, ad imitationem illius qui ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, & ponere animam meam redemtionem pro multis.* Videte, Sorores, quale ipſæ opus impleatis, videte quem imitemini, conſiderate quòd caput omnis boni charitatem conſequamini. Gaudere igitur vos oportet & exultare, quia quod vix efficere potuerint quæ orationi incumbunt, id vos opere quotidie adimpletis. Beatæ eſtis ob illud negotii, & æmulatione dignæ; nam bona quidem eſt oratio & admodum bona, quæ nos Deo colloqui facit, & à terra ad cælum evehit; ſed multò melior & multò major eſt charitas: illa enim eſt pars virtutis, & univerſæ perfectionis ſegmentum & portio

Math. xx. v. 28.

quædam. Charitas verò eſt ejus caput & conſummatio, exaltantem enim humilitatem ſibi conjunctam exhibet, necnon miſericordiam & benignitatem, ob quas imprimis Deus factus eſt homo, quarum Deus nomine vocatur; & per quas homo Deus exhibetur, & cæleſti Patri ſimilis. Cur itaque theſauro & capite illorum omnium bonorum dimiſſo, ad inferiora, & ad unius adeptionem curritis? Satius quippe eſſet caput priùs nullo negotio occupare, ac firmiter comprehendere, omniaque facere ne eo excidatis. Timemus, dicet quædam, ob Officii divini prætermiſſionem; ſed ne timeatis, pura enim confeſſio ejuſmodi vobis prætermiſſionem ſupplebit, veniam jure vobis concilians. Tantummodo prætermiſſio hæc à ſegnitie non procedat: id timeatis, id attendatis: ſi verò illud non fuerit, gaudete alacri animo officiis incumbentes.

ἔχον. ἡ δὲ ἀγάπη κεφαλὴ καὶ ἀπαρτισμός, καὶ γὰρ καὶ τὴν ὑψοποιὸν ταπείνωσιν συνεζευγμένην ἑαυτῇ δείκνυσι, καὶ τὴν ἐλεημοσύνην, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, δι' ἃ καὶ μᾶλλον ὁ Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἃ καλεῖται ὁ Θεός, καὶ δι' ὧν ὁ ἄνθρωπος Θεὸς ἀποδείκνυται, καὶ τῷ οὐρανίῳ πατρὶ ὅμοιος. ἵνα τί γοῦν τὸν θησαυρὸν πάντων τούτων τῶν ἀγαθῶν ἀφεῖσαι καὶ τὴν κεφαλήν, ἐπὶ τὰ κάτω καὶ πρὸς ἑνὸς ἐπίκτησιν τρέχετε· δέον τὴν κεφαλὴν φθασάσας ἀπόνως κατέχειν τε ἀσφαλῶς, καὶ πάντα ποιεῖν ὥς τε μὴ ταύτης ἐκπεσεῖν. δεδοίκαμεν, φησι, διὰ τὴν τοῦ κανόνος ὑστέρησιν, ἀλλὰ μὴ δεδίατε· ἡ γὰρ καθαρὰ ἐξαγόρευσις τὸ ὑστέρημα ταύτης ἀναπληρώσει ὑμῖν, τὴν συγχώρησιν δικαίως ἐπιβραβεύουσα. μόνον μὴ ῥᾳθυμίας ᾖ τὸ ὑστέρημα· τοῦτο φοβεῖσθε, τούτῳ προσέχετε· εἰ δὲ τοῦτο μὴ εἴη, χαίρετέ μοι τῶν διακονιῶν προθύμως ἐχόμεναι.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. Κϛ.

Περὶ προχειρίσεως [a] ἐπιστημοναρχίσσης, καὶ τῆς διακονίας αὐτῆς.

Ἡ Καθηγουμένη μέν τοι καὶ ἐπιστημονάρχισσαν προβαλεῖται, ἣν κατ' οἰκείαν ἐπιλογὴν τῆς τοιαύτης διακονίας λογίζεται ἀξίαν, ὀφείλουσαν τῆς μοναδικῆς καταστάσεως καὶ εὐκοσμίας φροντίζειν ἔν τε ταῖς κοιναῖς συνελεύσεσι, καὶ ὑμνῳδίαις διαθρεῖν, μή πού τινες τῶν ἀδελφῶν τῆς ὑμνῳδίας ἀφέμεναι ἀλλήλαις ὁμιλῶσι, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἐντεύξεως καταλιγωροῦσαι, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ συντυγχάνωσιν. ἔν τε ταῖς κοιναῖς πρὸς ἑστίασιν συνελεύσεσι ταύτας ἐπισκοπεῖν, ὡς ἂν ἐν τῇ πρεπούσῃ μοναχαῖς διαμείνωσιν ἡσυχίᾳ καὶ κοσμιότητι. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν ταῖς ὅλαις ἀναστροφαῖς τε τούτων καὶ διαγωγαῖς, ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτὰς ἐπιτηρεῖν. κἂν ἴδῃ τινὰς τούτων· ἢ συγκαθημένας ἀλλήλαις, καὶ ἀνόνητα ὁμιλούσας, ἢ καὶ καθ' ἑαυτὰς ἀπράκτους καὶ ἀργὰς διαμενούσας, ἃς ὁ μέγας ἀπόστολος μηδὲ ἐσθίειν παρακε-

CAPUT XXVI.

De inſtitutione Epiſtemonarchiſſæ, ſeu diſciplinæ Præpoſitæ, & ejus officio.

PRÆFECTA Epiſtemonarchiſſam inſuper deſignabit, quam propria electione talis officii dignam duxerit, cui incumbet monaſticæ diſciplinæ & modeſtiæ curam gerere, ac in communibus conventibus, & cantu diſpicere, num quædam Sororum, cantu dimiſſo, invicem confabulentur, & colloquium cum Deo negligentes, altera alteri colloquantur. In communibus quoque ad cibum ſumendum conventibus illas obſervabit, ut in quiete & modeſtia Monialibus decenti permaneant. Sed & in univerſis earum converſationibus & exercitiis, ſedulò quæ ad ipſas ſpectant obſervabit. Et ſi viderit quaſdam earum ſeu unà ſedentes, & de inutilibus colloquentes, ſive apud ſe nihil operantes, & otio torpentes; quibus magnus Apoſtolus, neque manducare præ-

[a] ἐπιστημονάρχισσα. Meurſius ex reſponſione Demetrii Chomateni ad Cabaſilam, hæc refert: ὁ βασιλεὺς γὰρ οἷα κοινὸς τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιστημονάρχης, καὶ ἔστι, καὶ ὀνομάζεται· καὶ συνοδικαῖς γνώμαις ἐπιστατεῖ, καὶ τὸ κῦρος ταύταις χαρίζεται. Imperator enim, utpote qui communis Eccleſiarum Epiſtemonarcha, & ſit, & vocetur, ſynodicis decretis præeſt, ipſiſque autoritatem dat. Epiſtemonarchiſſa igitur ſic vocatur, quòd diſciplinæ Sororum præſit & invigilet. Officium Zelatricis apud pleraſque noſtri ævi Moniales, huic non abſimile eſt.

cipit: vel aliud quidvis agentes monaſticæ & Deo dilectæ profeſſioni abſonum, & à ſpirituali inſtituto alienum: ipſas leniter & cum Sororis affectu adeat, ac manſuetè & cum charitate, quæ decent, eas moneat, & utilia ſuadeat, nempe ut nihil utilitatis habentibus, quin & animæ noxiis ſuſurris ſuperſedentes (etſi nulla alia de cauſa, quatenus ſaltem à divina converſatione iis incumbentes abducunt) divinis laudibus celebrandis attendant, atque verbis cantûs mentem adplicent: & ut fugiant omnis malitiæ cauſam, otium, ac in divinis ſapientem David imitentur, *ſingulariter ſum ego*, dicentem: Utque in propriis locis quieſcant, ſive orationi incumbentes, ſive manu aliquid operantes, ad everſionem exitialis pigritiæ; horrendamque mortem perpetuò meditentur, & indeſinentem terribiliſſimi diei judicii ſervent memoriam.

Pſ. 140.

λεύει)· ἢ ἄλλο τι ποιούσας ἀπᾷδον ἐπαγγέλματος μοναδικοῦ καὶ θεοφιλοῦς ἀλλότριον, καὶ πνευματικῆς καταστάσεως, προσιέναι ταύταις ἡμέρως, καὶ ἀδελφικῶς, καὶ πράως, καὶ ἀγαπητικῶς εἰσηγεῖσθαι τὰ δέοντα, καὶ τὰ συμφέροντα νουθετεῖν, παυσαμένας τῶν οὐδὲ μίαν ὄνησιν ἐχόντων ψιθυρισμῶν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ψυχοβλαβῶν, εἰ καὶ μὴ δι' ἄλλο τι, καθόσον γοῦν τῆς πρὸς Θεὸν ὁμιλίας τὰς χρωμένας ἀπάγουσι, τῇ εἰς τὸν Θεὸν προσανέχειν δοξολογίαις, καὶ τοῖς ᾀδομένοις προσερείδειν τὸν νοῦν· φεύγειν δὲ τὴν πάσης κακίας ἀρχηγὸν, ἀργίαν, καὶ τὸν σοφὸν τὰ θεῖα μιμεῖσθαι Δαβίδ, κατὰ μόνας εἰμὶ ἐγὼ, λέγοντα· καὶ τοῖς ἰδίοις τόποις ἐφησυχάζειν, ἢ εὐχῇ προσκειμένας, ἢ ἐργόχειρον μεταχειριζομένας, πρὸς ἀνατροπὴν ἀκηδίας τῆς ὀλεθρίας, μελέτην τε τοῦ φρικτοῦ θανάτου ἔχειν διηνεκῆ, καὶ μνήμην ἀκατάπαυστον τῆς φοβερωτάτης ἡμέρας τῆς κρίσεως.

Monialibus verò operi manuum incumbentibus, illarum una quam juſſerit Præfecta, leget audientibus omnibus, ſacra & ſalutaria divinæ Scripturæ oracula.

Τῶν δὲ μοναζουσῶν περὶ τὸ ἐργόχειρον διαπονουσῶν, μία τούτων ἡ παρὰ τῆς ἡγουμένης ἐπιτρεπομένη, ἔσται ἀναγινώσκουσα εἰς ἐπήκοον πασῶν, τὰ ἱερὰ καὶ σωτήρια τῆς θείας γραφῆς λόγια.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΖ.

Περὶ τῶν ἐργοδοτειῶν.

Καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δὲ ἡ καθηγουμένη δύο τινὰς τῶν μοναζουσῶν καταστήσει, ἃς ἂν τῶν λοιπῶν προκρινῇ, ὀφειλούσας τὴν χρειώδη πρὸς ἐργόχειρον τῶν μοναζουσῶν ὕλην λαμβάνειν μετὰ προσγραφῆς κατὰ καιρὸν ἀπὸ τοῦ δοχείου, καὶ ἐργοδοτεῖν ταύτην ταῖς ἐργαζομέναις προστάξει καὶ τῆς καθηγουμένης. αὖθίς τε εἰδήσει ταύτης, παραλαμβάνειν τὰ ἐργοδοθέντα εἰργασμένα, καὶ παραδιδόναι ταῖς εἰς τὸ δοχεῖον τοῦ βεστίου ἐνεργούσαις μετὰ προσγραφῆς· ὡς ἂν καὶ ταῦτα κατὰ τὴν τῆς ἡγουμένης ἐξοδιάζωνται πρόσταξιν.

CAPUT XXVII.

De Prepoſitis operum.

Super opera quoque duas Monachas Præfecta conſtituet, quas ceteris prætulerit; quæ debent neceſſariam operi manuum materiam cum reſcripto, congruo tempore accipere è receptaculo, & illam elaborandam operantibus tradere juſſu Præfectæ. Ac rurſus cum illius notitia, illa accipere quæ priùs ad opus tradita jam confecta ſunt, & ea cum reſcripto tradere iis quæ in veſtiarii receptaculo operantur; ut & ipſa juxta Præfectæ mandatum expendantur.

ΚΕΦ. ΚΗ.

Περὶ τῶν ἐν τῷ βεστίῳ δοχειαρισσῶν.

Αἱ δὲ δοχειαρίαι τοῦ βεστίου τῶν ἐνδυμάτων τῶν μοναζουσῶν· καὶ αὗται γὰρ δοχειαρίαι ὀνομασθήσονται, ὀφείλουσι παραλαμβάνειν πάντα τὰ εἰς ἐνδυμασίαν τῶν μοναζουσῶν χρησιμεύειν ὀφείλοντα μετὰ προσγραφῆς, καὶ ἐξοδιάζειν ταῦτα διὰ προστάξεως τῆς ἡγουμένης,

CAPUT XXVIII.

De Depoſitariis veſtiarii.

Depositariæ veſtiarii indumentorum pro Monialibus (nam & ipſæ Depoſitariæ vocabuntur) omnia quæ ad veſtitum Monialium uſui eſſe debent, cum reſcripto accipient, & ea juſſu Præfectæ expendent, ubi ipſa

Digitized by Google

voluerit. Ipſæmet verò accipient cetera omnia quæ Monialibus uſui ſunt, ſaga ſcilicet, coactilia, ſtragulas, quæ ad balnea inſerviunt, & uno verbo, omnia. Expendent autem illa, cùm Præfecta juſſerit; ac expenſæ illorum reſcripta facient: harum verò rationes à Præfecta repetentur.

ἔνθα ἂν αὐτὴ βούληται. αἱ αὐταὶ δὲ παραλήψονται καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τῶν μοναζουσῶν· ἤγουν σαγία, πιλωτά, ἐφαπλώματα, τὰ εἰς τὸ λουτρὸν χρειώδη, καὶ ἁπλῶς πάντα. καὶ ἐξοδιάσουσιν ἔνθα ἂν ἡ καθηγουμένη προστάξῃ, προσγραφὰς καὶ τῆς ἐξόδου τούτων ποιούμεναι, καὶ λογαριαζόμεναι παρ' αὐτῆς.

CAPUT XXIX.

De Oſtiaria.

Sᴇᴅ & eam quæ claves oſtii ſervare debet, quam ideo vocamus Oſtiariam, Præfecta inſtituet; quæ curabit ut citra Præfectæ ſententiam oſtium nullatenus aperiatur, & ut nullæ in Monaſterium ingrediantur, vel ab eo egrediantur inſciâ Præfectâ. Quocirca caput his de rebus agens, quomodo nempe, quando, & quinam ex accedentibus debeant cum Monialibus colloqui, tranſcriptum ipſi tradetur, ut verborum Typici prudens, Præfectam moneat, ejuſque juſſu, juxta vim Typici, colloquia fiant. Anus autem eſſe debet quæ ad hoc officium deputatur, vitæque

ΚΕΦ. ΚΘ.

Περὶ τῆς πυλωροῦ.

Ἀλλὰ καὶ τὴν τὰς κλεῖς τοῦ πυλῶνος κατέχειν ὀφείλουσαν, ἣν καὶ πυλωρὸν ὀνομάζομεν, ἡ καθηγουμένη ὀφείλει προχειρίζεσθαι, ᾗ καὶ φροντὶς ἔσται, τοῦ μὴ δ' ὅλως γνώμης ἄτερ τῆς ἡγουμένης τὸν πυλῶνα ἀνοίγεσθαι· μήτε μὴν εἰσιέναι, ἢ ἐξιέναι τινὰς εἰς τὸ μοναστήριον, μὴ δι' εἰδήσεως τῆς καθηγουμένης. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τὸ περὶ τούτων κεφάλαιον, τὸ διαλαμβάνον, πῶς, καὶ πότε, καὶ τίνες τῶν παραβαλλόντων ταῖς μοναχαῖς ἐντυγχάνειν ὀφείλουσι, μεταγραφὲν ἐγχειρισθήσεται αὐτῇ, ὡς ἂν εἴδησιν τὴν τοῦ τυπικοῦ ῥημάτων ἔχουσα, ὑπομιμνήσκῃ τὴν καθηγουμένην, καὶ προστάξει αὐτῆς αἱ ἐντεύξεις γίνωνται κατὰ τὴν τοῦ τυπικοῦ δύναμιν. γραῦς μέντοι ὀφείλει εἶναι ἡ

Digitized by Google

εἰς ταύτην τὴν διακονίαν προβαλλομένη, καὶ βίου σεμνοῦ, καὶ μεμαρτυρημένη παρὰ πάσης τῆς ἀδελφότητος· ἥτις καὶ καθ' ἑκάστην ἑσπέραν τὰς κλεῖς εἰσκομίζουσα ἔσται τῇ καθηγουμένῃ. καὶ οὐδὲ αὐτὴ τοὺς ἐπὶ θέαν αὐτῆς ἀφιγμένους συγγενεῖς ὄψεται ἄνευ προτροπῆς τῆς ἡγουμένης, ἐπιτροπῇ δὲ ταύτης θεάσεται αὐτοὺς καθὼς ἂν ἐπιτραπείη.

honeſtæ, ac omnium Sororum teſtimonio comprobata; quæ ſingulis diebus ad veſperam claves deferet ad Præfectam. Et ne ipſa quidem ſe viſendi causâ accedentes cognatos videbit, citra Præfectæ permiſſum, annuente autem illa, inviſat eos quo pacto ſibi conceſſum fuerit.

Διηνεκῶς μέντοι προσμένειν αὐτὴν ἐν τῷ πυλῶνι, οὐ βούλεται ἡ βασιλεία μου, ἀλλὰ καθῆσθαι καὶ αὐτὴν ἐν τῷ ἀφωρισμένῳ οἰκίσκῳ μετὰ τῆς ἀδελφότητος, διορίζεται. εἰ τις δὲ χρεία γένηται παραβάλλειν ταύτην ἐν τῷ πυλῶνι ἀναδιδαχθεῖσαν διὰ τοῦ κώδωνος, ὅτι καλοῖτο πρὸς τὸν πυλῶνα, προστάξει τῆς καθηγουμένης ἀπελεύσεται, καὶ τὴν διακονίαν ὁποία ἐστὶ πληρώσασα, εἰσελεύσεται αὖθις καὶ συγκαθεσθήσεται ταῖς λοιπαῖς.

Porro non vult Imperium meum, eam ad oſtium perpetuò manere; ſed ſtatuit, ut ipſa quoque in aſſignato domicilio cum Sororibus reſideat. Si qua verò neceſſitas poſtularit eam ad oſtium accedere, nempe à tintinnabulo monitam ſe ad oſtium vocari, juſſu Præfectæ abſcedet; & ubi officium, quodcumque illud fuerit, impleverit, rurſus ingredietur, & cum ceteris ſedebit.

ΚΕΦ. Λ.

Περὶ τοῦ πόσον χρόνον δεῖ περιμένειν ἐν τῇ μονῇ τὴν ἔξωθεν εἰσιοῦσαν, καὶ μέλλουσαν ἀποκείρεσθαι.

Αἵ γε μὴν ἀποκείρεσθαι μέλλουσαι, καὶ τὸν ὡρισμένον τῶν μοναχῶν ἀναπληροῦν ἀριθμόν, εἰ μὲν βούλονται τὰς τρίχας ἀπο-

CAPUT XXX.

Quanto tempore in Monaſterio expectare debeat, qua extrinſecus advenit, & tonderi debet.

Quæ tonderi debent, & definitum Monialium numerum implere; ſi quidem voluerint depoſitis capillis,

Digitized by Google

obedientiæ veſtimentum, & mandyan ſolùm induere, ſex menſium tempus exſpectabunt. Si verò familiares quædam, & honeſtiores fuerint, ac probè ſciatur quales vitâ ſint, Monaſteriique diſciplinam & inſtitutum nullatenus ignoraverint; ubi Præfecta conſentaneum judicabit, juxta formam tondebuntur.

Quæ verò habitum ſanctum ab ipſa indui volunt; ſi quidem piæ mulieres fuerint, & vitam monaſticam in ſeculari habitu degerint: neque ipſæ probationis tempus exſpectabunt, nempe triennium, quod ſancti Patres ad experimentum & probationem, iis quæ aliam vitam duxerint, canonicè definiere. Sed ad totam probationem, ſex menſium tempus ipſis ſatis erit, tuncque optatum aſſequentur, ut à ſanctis Patribus decretum eſt. Si verò ex ignorantibus & ignotis fuerint, poſtquam hebdomadam unam dierum in Monaſterio exſpectaverint, monaſticis veſtimentis induentur, & miniſtrare juſſæ in aſſignatis juxta vires officiis, per triennium in Monaſterio perſeve-

θέμεναι, τὸ τῆς ὑποταγῆς ἱμάτιον καὶ τὸ [a] μανδύαν μόνον ἐπενδύσασθαι, περιμενοῦσι τὸν ἑξαμηνιαῖον καιρόν. εἰ δέ γε συνήθεις τινὲς, καὶ τῶν ἀξιολογωτέρων τυγχάνοιεν, ὡς αὐταί τε ἐπιγινώσκεσθαι ὁποῖαι τὸν βίον εἰσί. καὶ τὴν τοῦ μοναστηρίου διαγωγὴν καὶ κατάστασιν μηδαμῶς ἀγνοεῖν. ὅτε κρινεῖ ἡ ἡγουμένη σύμφορον εἶναι, κατὰ τὸν τύπον ἀποκαρήσονται.

Αἱ δὲ βουλόμεναι τὸ ἅγιον σχῆμα παρ' αὐτῆς ἐπενδύσασθαι· εἰ μὲν εἶεν γυναῖκες εὐλαβεῖς, καὶ τὸν μοναχικὸν βίον ἐν κοσμικῷ διανύουσαι σχήματι, οὐδ' αὐταὶ περιμενοῦσι τὸν τῆς δοκιμασίας καιρὸν, τουτέστι τὴν [b] τριετίαν, ἣν οἱ ἅγιοι πατέρες εἰς πεῖραν καὶ δοκιμασίαν, τὰς ἄλλως ἐχούσας κατὰ τὸν βίον, κανονικῶς ἀφωρίσαντο. ἀλλ' ἀρκέσει ταύταις εἰς ἀποπεῖραν παντελῆ, καὶ ὁ ἑξαμηνιαῖος χρόνος, καὶ τὸ τηνικαῦτα τεύξονται τοῦ ἐφετοῦ, καθὼς καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσι διηγόρευται. εἰ δὲ τῶν ἀγνοουσῶν τε καὶ ἀγνοουμένων τυγχάνοιεν, ἑβδομάδα μίαν ἡμερῶν τῇ μονῇ περιμείνασαι, περιβαλοῦνται τὰ μοναχικὰ περιβόλαια, καὶ ὑπηρετεῖν ἐν ταῖς κατὰ δύναμιν διακονίαις ἐπιταττόμεναι προσκαρτερήσουσι τῇ μονῇ τριετίαν· τοῦ

[a] Μανδύας, eſt genus veſtimenti, ab humeris ad pedes defluentis, quod non ſolùm Monachis, ſed & Epiſcopis uſui erat: de quo Goarus, in Notis ad Euchologium, fusè & eruditè ſuo more diſputat.

[b] De definita triennii probatione, vide Joannem Zonaram ad canonem quintum Synodi primæ & ſecundæ.

Digitized by Google

[a] μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μὴ καταξιούμεναι, πρὶν ἂν ὁ τῆς τριετίας χρόνος αὐταῖς ἀφεθῇ εἰς πεῖραν, καὶ δοκίμους αὐτὰς καὶ ἀξίας τῆς τηλικαύτης βιοτῆς παραστήσῃ. τοῦτον γὰρ τὸν καιρὸν κρατεῖν, καὶ αἱ ἐπὶ ταύταις κείμεναι διατάξεις ὡρίσαντο· πλὴν εἰ μή πού τις βαρεῖα παρεμπεσοῦσα νόσος τὸν χρόνον ἀναγκάσοι συστεῖλαι τῆς δοκιμασίας.

rabunt: nec magno & angelico habitu donabuntur, donec triennii tempus ad earum experimentum abſolutum fuerit, & ſpectatas ipſas tantâque vitâ dignas manifeſtaverit. Hoc enim tempus obtinere, latæ de illis leges definierunt: niſi gravis quidam morbus accidens tempus probationis contrahere coëgerit.

ΚΕΦ. ΛΑ.

Περὶ τοῦ τίνας δεῖ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὴν τῶν κτημάτων τῆς μονῆς πρόνοιαν.

Οἱ δέ γε ἀποστελλόμενοι εἰς τὴν τῶν κτημάτων τῆς μονῆς πρόνοιαν, μὴ διὰ συγγένειαν, ἢ οἰκειότητα, ἢ ἑτέραν τινὰ τοιαύτην αἰτίαν προτιμάσθωσαν. ἀλλὰ πολλὴν φροντίδα τιθέσθωσαν, ἥ τε καθηγουμένη, καὶ ὁ κατὰ καιροὺς οἰκονόμος, εὑρίσκειν ἀνθρώπους εὐϋπολήπτους, καὶ ὀλιγαρκεῖς, ἀναπαύοντας μὲν καὶ τοὺς ἐν τοῖς κτήμασι, καὶ μηδενὸς νοσφιζομένους τῶν τῇ μονῇ ἀνηκόντων, πεῖράν τε ἔχοντας εἰς τὰ γεωργικά. τῆς δὲ τούτων ἀποστολῆς ἡ καθηγουμένη ἕξει τὴν ἐξουσίαν, ὡσαύτως καὶ τῆς διαδοχῆς,

CAPUT XXXI.

Quinam ad curanda Monaſterii prædia mittendi ſint.

Qui ad prædia Monaſterii curanda mittuntur, ne affinitatis ſeu familiaritatis gratiâ, aut ob quamdam aliam ſimilem cauſam cooptentur. Sed magnam ſollicitudinem gerant Præfecta, & illius temporis OEconomus, quò homines reperiant qui vili conduci poſſint, frugales, qui cohibeant eos qui in prædiis verſantur; nihil rerum Monaſterii ſubripientes, agriculturæ peritos. Hos mittendi poteſtatem habebit Præfecta, ſimiliter & immutandi, ubi à probitate declinantes depre-

[a] De magni & angelici habitus ſuſceptione & ejus officio, vide Euchologium.

Digitized by Google

henſi fuerint; quos debet OEconomus obſervare, cùm à Præfecta miſſus fuerit, incluſiones inſpecturus, cum inſpectoribus rationem initurus, & omnia ut convenit adminiſtraturus.

ὅτε * εὑρεθοῖεν τῆς ὀρθότητος ἐκζεπέντες, οὓς ὀφείλει ὁ οἰκονόμος ἐφορᾷν, ὅτε παρὰ τῆς ἡγουμένης πεμφθείη τοὺς συγκλεισμοὺς ἐποπτεύσων, καὶ τοὺς ἐπισκεπτίτας λογαριάσων, καὶ πάντα δεόντως οἰκονομήσων. * εἰργῶσιν

CAPUT XXXII.

De Officio primæ, tertiæ, & ſextæ Horæ.

SED poſtquam de his hactenus diſſeruimus, age, de Eccleſiaſtico deinceps Officio dicamus; & ut à luce incipiamus, à prima hora diurna initium ducamus, in hoc Deum imitantes, qui mundi conſtitutionem à lucis creatione inchoavit. Completa itaque matutina Laude, ſubjungenda nobis eſt de more prima hora, in cujus fine dicenda hæc oratio: *Qui in omni tempore & omni hora.* Et poſt orationem fiant conſuetæ genuflexiones, à robuſtioribus quidem ad terram ſine proſeuchadio: ab infir-

ΚΕΦ. ΛΒ.

Περὶ ἀκολουθίας πρώτης, τρίτης τε καὶ ἕκτης ὥρας.

ΑΛλὰ μέχρι τούτου περὶ τούτων διαλεχθέντες, φέρε, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς λοιπὸν ἀκολουθίας διαληψόμεθα. καὶ ἵνα γε ἀπὸ φωτὸς ἀρξώμεθα, ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμερινῆς ὥρας τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα· τὸν Θεὸν κατὰ τοῦτο μιμούμενοι, τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἀπὸ τῆς τοῦ φωτὸς δημιουργίας ἀρξάμενον. μετὰ τοίνυν τὴν συμπλήρωσιν τῆς ὀρθρινῆς δοξολογίας, δεῖ συνάπτειν ἡμᾶς τὴν πρώτην ὥραν κατὰ τὸ συνειθισμένον, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει ταύτης λέγεσθαι τὴν εὐχὴν ταύτην, [a] ὁ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ πάσῃ ὥρᾳ. καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι τὰς συνήθεις γονυκλισίας, τοὺς μὲν δυνατωτέρους ἀπὸ γῆς ἄνευ [b] προσευχαδίου· τοὺς ἀσθε-

[a] Orationem, ὁ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ πάσῃ ὥρᾳ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς προσκυνούμενος Χριστὸς ὁ Θεὸς ὁ μακρόθυμος, &c. habes in Horologio Græco Venetiis edito, quod ſi conſulas, plurima his ſimilia reperies.

[b] προσευχάδιον, erat ceu gradus quidam quo genuflectentes innitebantur, de quo eruditiſſimus Cangius in Gloſſario Græco.

νεστέρους

νισέραις ἐστὶ, καὶ μετά τινος ὑποστηρίσματος ταπεινοῦ, καὶ βοηθήματος. ἔστι δὲ ἡ γονυκλισία, [a] μετάνοιαι δεκαπέντε, ὧν αἱ μὲν πρῶται τρεῖς, ὀφείλουσι γίνεσθαι σχολαιότερον, καὶ οἷον βραδύτερον ἔν τε τῇ στάσει, καὶ τῇ τῶν γονάτων κλίσει· ὥστε δύνασθαι ἑκάστην ὑμῶν, ἑστῶσαν μὲν καὶ τὰς χεῖρας ἐκπεταμένας ἔχουσαν λέγειν καθεκάστην ἐκ τρίτου τό· ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῇ ἁμαρτωλῷ. εἶτα κλίνασαν τὰ γόνατα καὶ τὴν κεφαλὴν ἕως γῆς, τρίτον λέγειν ὁμοίως τό· ἥμαρτόν σοι, κύριε, συγχώρησόν μοι. καὶ τὰς μὲν τρεῖς γονυκλισίας οὕτως ὑμῖν ποιητέον· τὰς δὲ λοιπὰς δώδεκα συντομώτερον· ὡς ἐφάπαξ λέγειν ἑκάστην ἐν τῇ τῶν γονάτων κλίσει, καὶ τῇ στάσει ἅπαξ τὰ προειρημένα τῆς ἱκετείας ῥήματα. ποιήσεσθε δὲ τάς τε τῶν γονάτων κλίσεις, καὶ τὰς ἀναστάσεις, οὐχ ὅπη δοκεῖ ἑκάστῃ, ἀτάκτως καὶ ἄλλην ἄλλως, ἀλλ' ὡς ἓν σῶμα, ἅμα μὲν κλινόμεναι, ἅμα δὲ ἀνιστάμεναι· καὶ ὁδηγῷ χρώμεναι ἀμφοτέρων, τῇ ἐκκλησιαρχίσσῃ πρὸ τοῦ ἁγίου βήματος ἑστώσῃ, καὶ τῇ κλίσει μὲν τὴν κλίσιν ὑποδεικνυούσῃ, τῇ ἀναστάσει δὲ τὴν ἀνάστασιν. ἀλλ' αὕτη μὲν ἀκολουθία ἡμέρας ἐν ᾗ ἀντὶ τοῦ, [b] Θεὸς κύριος, ἀλληλούια ψάλλεται.

mioribus verò adhibito humili fulcimento & adjutorio. Eſt autem genuflexio reverentiæ quindecim, quarum tres priores lentiùs fieri debent & quaſi tardiùs, cùm inter ſtandum, tum in genuum flexione; ut unaquæque veſtrûm ſtans & manibus expanſis dicere poſſit ter ad ſingulas, illud: *Deus propitius eſto mihi peccatrici.* Deinde flectens genua & caput uſque ad terram, ter ſimiliter dicere illud: *Peccavi tibi, Domine, ignoſce mihi.* Et tres quidem genuflexiones ſic à vobis faciendæ; reliquæ verò duodecim celeriùs: ut quælibet ſemel dicat in genuum flexione, & ſemel inter ſtandum prædicta ſupplicationis verba. Genuum verò flexiones, & erectiones facietis, non ubi ſingulis libitum fuerit, incompoſitè, & quoquomodo: ſed quaſi unum corpus; unà flectentes, & unà vos erigentes; duce utrarumque utentes Eccleſiæ Præpoſitâ, ante ſacrum adytum ſtante, & flexione quidem flexionem, erectione verò erectionem commonſtrante. Et hoc quidem officium diei, in quo vice *Deus Dominus*, *Alleluia* cantatur.

[a] Quid ſint μετάνοιαι ſeu reverentiæ in hoc Capite explicatur; fuſiùs autem in Notis Goari ad Euchologium.

[b] Cantus, Θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, certis temporibus dicebatur, ut videre eſt in Horologio Græcorum.

Digitized by Google

At ſi dies Officium habeat, & dimiſſorium, & ſi *Deus Dominus* cantetur; tres quidem primæ genuflexiones perſolventur cum verbis ſupplicationis, ut dictum eſt: à duodecim verò ſuperſedebitis, & nullatenus in Eccleſia, ſed in dormitorio veſtro perſolventur. Poſt tres autem tardiores genuflexiones, exclamabitis expanſis manibus illud: *Deus qui es ante ſecula, omnis creaturæ conditor.*

Εἰ μὲν τοι ἀκολουθίαν ἔχει ἡ ἡμέρα, καὶ [a] ἀπολυτίκιον, καὶ τό, Θεὸς κύριος, ψάλλεται· αἱ μὲν τρεῖς πρῶται γονυκλισίαι τελεσθήσονται μετὰ τῶν τῆς ἱκετείας ῥημάτων, καθὼς προείρηται· αἱ δώδεκα δὲ σχολάσουσι, καὶ οὐδαμῶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ [b] κοιμητηρίῳ ὑμῶν τελεσθήσονται. μετὰ μὲν τοι τὰς τρεῖς βραδυτέρας γονυκλισίας ἐκφωνήσετε ἐκτεταμέναις ταῖς χερσὶ τό· [c] ὁ Θεὸς ὁ προαιώνιος, ὁ πάσης κτίσεως δημιουργός.

Et poſt illam orationem lectio vobis ſubjungetur, nempe Catecheſis; & peracta lectione, Triſagium pro nobis inſtitutum perſolvetis. Et quamdiu quidem Deus me in vivis voluerit, dicetis Troparia hæc: *Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri. Gloria. Spes mundi bona. Et nunc. Nullus ad te currens.* Me

Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ταύτην, ἀνάγνωσις ὑμῖν προτεθήσεται ἡ [d] κατήχησις, μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν, ποιήσετε τὸ τετυπωμένον ὑπὲρ ἡμῶν τρισάγιον. καὶ ἕως μὲν ὁ Θεὸς ἐθέλει με ζῇν, ἵνα λέγητε [e] τροπάρια ταῦτα. ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς. [f] δόξα. ἐλπὶς τοῦ κόσμου ἀγαθή. καὶ νῦν. οὐδεὶς προστρέχων ἐπὶ σοί. τελευτησάσης

a ἀπολυτίκιον eſt verſus, quo Officium terminatur.

b Ut vox κοίμησις apud Græcos uſurpatur pro dormitione, & pro obitu, ſic κοιμητήριον uſu venit cùm pro dormitorio, tum pro Cœmeterio. At quandoquidem nullum erat in hoc Monaſterio Cœmeterium; ſed Moniales in Monaſterio Cellaræ ſepeliebantur: hinc fit ut excepto Capite de Sepultura, ſemper κοιμητήριον dormitorium intelligi debeat.

c Hæc oratio habetur in Horologio ad Horam primam; dicitur eſſe Baſilii Magni.

d Catecheſis illa videtur eadem eſſe quæ paſſim in Triodio, nonnunquam in Menæis legi jubetur, & adſcribitur Sancto Theodoro Studitæ.

e τροπάρια. De hujus vocis etymologia, ex Zonaræ verbis, fuse diſputat Goarus in Notis ad Euchologium, ubi tamen nihil certum concludit. Quidquid ſit, certum eſt illa troparia fuiſſe breves quaſdam periodos recitari vel cantari ſolitas, quæ paſſim occurrunt in Off. Gr.

f δόξα, ſupple τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι verſus, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν, non immediatè ſubjungitur ut plurimùm, ſed mediante quodam verſu aut tropario.

Digitized by Google

δέ μου ἵνα λέγητε τροπάρια ἀναπαύσιμα· μνήσθητι, κύριε ὡς ἀγαθὸς, τῆς δούλης σου. δόξα. ἀνάπαυσον σωτὴρ ἡμῶν. καὶ νῦν. οὐδεὶς προστρέχων ἐπί σοι. ἡ καταφυγὴ καὶ δύναμις. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ, κύριε ἐλέησον, ιε. εἶτα καὶ τὴν εὐχὴν ἐπισυνάψετε ταύτην· [a] ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς. πάσας μέν τοι τὰς εὐχὰς χερσὶν ἀναπεπταμέναις εὔξεσθε. τελειωθείσης δὲ τῆς δηλωθείσης εὐχῆς, καὶ τοῦ ἱερέως τὴν συνήθη ἐπειπόντος εὐχὴν, ὑμεῖς μὲν πᾶσαι ἐπὶ πρόσωπον εἰς γῆν πεσεῖσθε· ἡ δὲ προεστῶσα παντὸς ἀρχηγὸς ὑμῖν γενομένη ἀγαθοῦ, οὕτω πως ἐρεῖ· εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφαὶ, τῷ κυρίῳ, ἵνα ῥυσθῶ ἐκ τῶν παθῶν, καὶ τῶν σκανδάλων τοῦ πονηροῦ. καὶ ὑμεῖς ἀποκριθήσεσθε· ὁ Θεὸς σώσαι σε, τιμία μῆτερ· εὖξαι καὶ σὺ ὑπὲρ ἡμῶν, ἁγία μῆτερ, ἵνα ῥυσθῶμεν ἐκ τῶν παθῶν, καὶ τῶν σκανδάλων τοῦ πονηροῦ. εἶτα πάλιν ἐκείνη ἐπευχομένη ἐρεῖ· ὁ Θεὸς δι' εὐχῶν τῶν πατέρων ἡμῶν σώσαι πάσας ἡμᾶς. καὶ οὕτως ἀναστᾶσαι πορεύεσθε εἰς τὸ κοινὸν τῆς συναγωγῆς οἴκημα, κἀκεῖσε γενόμεναι πάσης ἀφέξεσθε ματαίας ἀπασχολίας, ἀνθέξεσθε δὲ πᾶσαι τῶν ἐργοχείρων ὑμῶν, μιᾶς τινος μέσον ὑμῶν καθημένης, καὶ ἀναγινωσκούσης, ἣν τις ἂν παρὰ τῆς ἡγου-

autem defuncta, dicetis Troparia funerea: *Memento, Domine admodum bone, famulæ tuæ. Gloria. Da requiem, Salvator noſter. Et nunc. Nullus ad te currens. Refugium & virtus.* Ad hæc *Kyrie eleiſon* quindecies. Dehinc orationem iſtam addetis: *Qui mittis lumen.* Omnes igitur orationes expanſis manibus dicetis. Finita verò prædicta oratione; poſtquam Sacerdos conſuetam orationem dixerit, vos quidem omnes in vultum ad terram procidetis. Præfecta verò omnis boni dux vobis facta, ſic dicet: *Orate pro me, Sorores, Dominum, ut liberer à paſſionibus, & ſcandalis maligni.* Et vos reſpondebitis: *Deus ſalvam te faciat, veneranda Mater, ora & tu pro nobis, ſancta Mater, ut liberemur à paſſionibus, & ſcandalis maligni.* Deinde illa orans dicet: *Deus per orationes Patrum noſtrorum ſalvet nos omnes.* Et ſic ſurgentes, pergetis ad communem converſationis domum, & cùm illuc adveneritis, ab omni vano negotio abſtinebitis, veſtriſque manuum operibus omnes incumbetis; una in medio veſtrum ſedente & legente, quam ſcilicet Præfe-

[a] Oratio, ὁ ἐξαποστέλλων τὸ φῶς, habetur Horologii Venetiis editi pag. 151. | Dicitur Baſilii Magni.

ċta juſſerit, & quod præceperit. Lectio enim omnia vana, inutilia, ſeu etiam nociva colloquia arcebit; magnum verò fructum ipſi attendere volentibus conciliabit.

μένης προσταχθείη, καὶ ὅσπερ ἂν κελευσθείη. ἡ γὰρ ἀνάγνωσις πάσας μὲν ἀποκωλύσει ματαίας, καὶ ἀναφελεῖς, ἢ καὶ βλαπτικὰς συντυχίας, μεγάλην δὲ προξενήσει τὴν ὠφέλειαν τοῖς προσέχειν αὐτῇ βουλομέναις.

CAPUT XXXIII.

De Meſoriis, ſeu mediis Horis primæ, tertiæ & ſextæ Horæ, de Typico, de ſacra Liturgia, & de ſancta Communione.

ADVENIENTE congrua hora, lignum pulſabitur: & illic pſalletis Meſoria primæ, necnon tertiam, & ſextam Horam cum Meſoriis, & reverentiis ubi Præfecta voluerit, ſive in dormitorio, ſive in exteriori Eccleſiæ veſtibulo. Typica etiam pſalletis in Eccleſiæ ferula. Porro quando vigiliæ fiunt, non facietis reverentiam in dormitorio veſtro, ob vigiliarum laborem; neque per dodecahemerum, neque per univerſam Pentecoſten, nec etiam per novem dies ante Dormitionem ſanctiſſimæ Deiparæ, poſt Transfigurationem Salvatoris mei Chriſti

^ et orationibus,

ΚΕΦ. ΛΓ.

Περὶ τῶν μεσωρίων τῆς πρώτης, τρίτης τε, καὶ ἕκτης ὥρας, τῶν τυπικῶν, τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.

ΚΑταλαμβανούσης δὲ τῆς προσηκούσης ὥρας, κρουσθήσεται τὸ ξύλον· κἀκεῖσε ψαλεῖτε τὰ μεσώρια τῆς πρώτης, τήν τε τρίτην, καὶ ἕκτην ὥραν, μετὰ τῶν μεσωρίων, τῶν εὐχῶν, καὶ τῶν μετανοιῶν, ἔνθα ἂν ἡ καθηγουμένη βουληθῇ, εἴτε ἐν τῷ κοιμητηρίῳ, εἴτε ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐξωνάρθηκι. ψαλεῖτε δὲ καὶ τὰ τυπικὰ ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας νάρθηκι, ὅτε μέντοι γίνεται ἀγρυπνία, οὐ ποιήσετε μετάνοιαν ἐν τῷ κοιμητηρίῳ ὑμῶν, διὰ τὸν ἐκ τῆς ἀγρυπνίας κόπον, οὔτε κατὰ τὸ [a] δωδεκαήμερον· οὔτε κατὰ τὴν ὅλην πεντηκοστήν, οὔτε μὴν κατὰ τὰς [b] μεθεόρτους ἐννέα ἡμέρας τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου,

a δωδεκαήμερον, id eſt, duodecim dies inter Nativitatem & Epiphaniam Domini intercedentes.

b Hunc eſſe genuinum hujus loci ſenſum nullatenus ambigo, nec aliàs congruenter intelligi poſſe exiſtimo; nam

Digitized by Google

τῆς μεταμορφώσεως τοῦ σωτῆρος μου Χριστοῦ, οὐκ ἐν αὐταῖς τῆς ἑορτασίμοις ἡμέραις τῶν ἐνδόξων καὶ πανευφήμων δώδεκα ἀποστόλων, οὐ κατὰ πᾶν σάββατον. ἤγουν μὴν ἱερὰ καὶ θεία λειτουργία ἐκτελεῖσθαι ὀφείλει καθ' ἑκάστην τετράδα, παρασκευὴν, σάββατον, καὶ κυριακὴν, καὶ κατὰ τὰς ἑορτάς. ἐν μέντοιγε τῆς τεσσαρακοσταῖς, γίνεσθαι ὀφείλει καθὼς περιέχει τὸ [a] συναξάριον.

Εἰσηγοῦμαι δὲ ὑμῖν, ἀδελφαί, τῆς θείας τελουμένης ἱερουργίας, προσεκτικωτέρας ἑαυτὰς ἑαυτῶν γίνεσθαι, καὶ φόβου καὶ φρίκης μεστὰς παριστάναι. θειότερα γὰρ καὶ φρικωδέστερα, καὶ φοβερώτερα τὰ ἐν ταύτῃ τελούμενα, τῇ πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαινούσῃ πανυπερτίμῳ ἱερουργίᾳ τοῦ παναχράντου σώματος, καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἐν ᾗ μάλιστα προσεκτέον, καὶ πάντα λογισμὸν ῥυπαρὸν ἀποδιωκτέον, καὶ μόνον λογιστέον τὸ τελούμενον θεῖον, ὑπὲρ κατάληψιν μέγα, καὶ φοβερὸν μυστήριον. [b] οὕτω τε τῶν θείων ἁγιασ-

ſequentes; neque in ipſis ſolennibus diebus glorioſorum & celebratiſſimorum duodecim Apoſtolorum, nec in quocumque Sabbato. Sacra verò & divina Liturgia celebrari debet ſingulis feriis quartis, Paraſcevis ſive feriis ſextis, Sabbato, & Dominica, necnon in ſolennitatibus. In Quadrageſimis autem fiat prout continetur in Synaxario.

Hortor autem vos, Sorores, ut dum divinum offertur Sacrificium, attentiores vobis ipſis ſitis, utque timoris ac tremoris plenæ aſſiſtatis (diviniora enim, horribiliora, atque terribiliora ſunt quæ celebrantur) omnem ſermonem & intellectum ſuperanti, ac ſuper omnia honorando Sacrificio immaculati Corporis & Sanguinis Chriſti veri Dei noſtri: in quo maximè attendendum eſt, & omnis ſordida cogitatio fuganda: ſolúmque animo volvendum eſt, divinum, & ſupra omnem comprehenſionem magnum & terribile myſterium quod celebratur. Sic-

1. Si μεθεόρτους ἡμέρας referas ad Dormitionem, & dicas ipſos eſſe dies Dormitionem Deiparæ ſubſequentes, ut nonnulli exiſtimant; qui intelliges hæc verba, τῆς μεταμορφώσεως, &c. 2. In nullis Græcorum Officiorum libris de illis novem diebus poſt Dormitionem celebrari ſolitis mentio habetur. 3. Plures agunt de diebus poſt Transfigurationem celebrari ſolitis; affero locum ex Nicone de Jejuniis, Tom. 3. Monum. Eccl. Græcæ Cottelerii, p. 443. ἑορτάζομεν ταύτην εἰς τὸ κοινὸν ἐπὶ τῷ μέσῳ ἡμέρας ὀκτώ. id eſt, hoc feſtum communiter in medio, octo diebus celebramus, & id infrà repetit. Nec obeſt quòd hîc octo tantùm dies, novem autem in Typico memorantur. Nam Typicum ſatis communi uſu, ſeu potiùs abuſu, ipſam diem Transfigurationis in illis novem includit, nec medios ſolùm dies, ſed ipſum feſtum inter μεθεόρτους minùs aptè refert.

a Synaxarium erat liber rituum.

b Officium in ſancta communione in Horologio quære.

que divinis ſanctificationibus communicandum eſt, quibuſcumque iis communicare conceſſum eſt.

Quandoquidem igitur ſanctificationum communicatio animæ illuminatio eſt, iis qui propemodum digni ſunt; qui verò indignè communicat, judicium ſibi manducat & bibit, ut dicit divinus Apoſtolus: volumus quidem ut iis frequentiùs participetis, attamen diſcretionem circa divinam communionem faciendam Patri veſtro ſpirituali remittimus, cum notitia Præfectæ: neque verò laudabile eſt, quamdam, abſque ejus notitia, ſibi non communicandum eſſe judicare; damnataque erit quæ illud egerit, quippe quæ ſuam expleverit voluntatem.

Par eſt autem ut quæ communicaturæ ſunt, Officium in ſancta Communione ſolitum pſallant, & in communi communem ad invicem genuflexionem facientes, veniam mutuò concedant: ſicque vivificis ſanctificationibus participent.

μάτων μεταληπτέον τὰς, ὅσαις ἄρα καὶ μεταλαμβάνειν συγκεχώρηται.

Ἐπειδὴ οὖν ἡ τῶν ἁγιασμάτων μετάληψις ψυχῆς ἐστι φωτισμὸς τοῖς ἐγγὺς τῆς ἀξίας· ὁ δὲ ἀναξίως μεταλαμβάνων, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· συνεχέστερον μὲν βουλόμεθα τούτων μεταλαμβάνειν ὑμᾶς, ὅμως τὴν ἐπὶ τῇ θείᾳ μεταλήψει διάκρισιν τῷ πνευματικῷ ὑμῶν πατρὶ ἀνατιθέαμεν, εἰδήσει καὶ τῆς καθηγουμένης· ἀκοινώνητον δέ τινα ἑαυτὴν ἡγεῖσθαι ἄνευ τῆς ἐκείνου εἰδήσεως, οὐκ ἐπαινετόν· κατάκριτος δὲ ἔσται ἡ τοῦτο ποιοῦσα, ὡς ἴδιον ἐκπληροῦσα θέλημα.

Ταῖς μέντοι μεταλαμβάνειν ὀφειλούσας, ἐνδεχόμενόν ἐστι τὴν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει ἀκολουθίαν ψάλλειν, κοινήν τε κοινῶς τὴν γονυκλισίαν ἀλλήλαις ποιούσας, διδόναι συγχώρησιν, καὶ οὕτως τῶν ζωοποιῶν μεταλαμβάνειν ἁγιασμάτων.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΔ.

Περὶ τῶν πόσοις ἄρτοις δεῖ προσφέρεσθαι καθ' ἑκάστην λειτουργίαν, καὶ ὑπὲρ τίνων.

Καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἑπτὰ ἄρτοι προσενεχθήσονται, εἷς δεσποτικός, ἕτερος τῆς κεχαριτωμένης ἡμῶν δεσποίνης καὶ Θεοτόκου, ἕτερος τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγίου, ἄλλος ὑπὲρ λύσεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ τε κρατίστου μου βασιλέως καὶ ἐμοῦ· ἕτερος ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων μοναχῶν, ἄλλος ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων γονέων καὶ λοιπῶν συγγενῶν ἡμῶν, καὶ ἕτερος ὑπὲρ τῶν ζώντων παίδων, καὶ γαμβρῶν, καὶ λοιπῶν συγγενῶν ἡμῶν. καὶ μετὰ θάνατον δὲ ἡμῶν, ἰδιαζόντως ὁ ῥηθεὶς ἄρτος ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἡμετέρων προσενεχθήσεται ἁμαρτιῶν, καὶ οὕτως γενήσεται εἰς τὸ διηνεκές. εἰ δέ τις ἐξ ἀμφοτέρων ἡμῶν προτελευτήσοι τοῦ ἑνός, ὁ μὲν εἷς ἄρτος πάλιν ἰδιαζόντως ὑπὲρ τοῦ ζῶντος προσκομισθήσεται· ἕτερος δὲ αὖθις ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος προσαχθήσεται. μετὰ δὲ τὸν τοῦ ἐπιζήσαντος θάνατον, εἷς πάλιν ὑπὲρ ἀμφοτέρων προσενεχθήσεται.

Καθ' ἕκαστον δὲ σάββατον, καὶ σταυρία ὀφείλουσι προσκομίζεσθαι

CAPUT XXXIV.

Quot panes in qualibet Liturgia offerendi ſint, & pro quibus.

SINGULIS diebus in divina Liturgia ſeptem panes offerentur, unus Dominicus, alter gratiâ plenæ Dominæ noſtræ & Deiparæ, alius Sancti illius diei, alius pro redemtione & remiſſione peccatorum præſtantiſſimi mei Imperatoris, necnon meorum; alius pro Monialibus quæ dormierint, alius pro parentibus, & ceteris cognatis noſtris qui dormierint; & alius pro vivis filiis, generis, & reliquis affinibus noſtris. Poſt mortem verò noſtram, memoratus panis pro remiſſione peccatorum noſtrorum ſpeciatim offeretur, & ſic fiet in perpetuum. Si quis autem ex ambobus nobis, priùs altero moriatur, unus quidem panis denuo pro vivente ſpeciatim, alter verò rurſus pro defuncto offeretur. Poſt mortem autem ejus qui ſuperſtes fuerat, unus iterum pro ambobus offeretur.

Singulis verò Sabbatis offerendæ ſunt parvæ cruces

Digitized by Google

pro iis qui jam dormierunt parentibus, filiis & nuribus noſtris, & pro iis qui poſtea dormient; pro quaternis, una: qui & deſcribendi ſunt in Diptychis, eorumque facienda commemoratio, ut in Typico continetur. Pro vivis pariter qui in Diptychis, & in Typico deſcripti ſunt, ſingulis Dominicis aliæ cruces, juxta numerum dormientium, offerentur.

ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων γονέων, καὶ παίδων καὶ νυμφῶν ἡμῶν, καὶ τῶν εἰς τὸ μετέπειτα κοιμηθησομένων, ἐπὶ τοῖς τέσσαρσιν ἕν· οἳ καὶ ὀφείλουσιν ἐγγράφεσθαι ἐν τοῖς διπτύχοις, καὶ μνημονεύεσθαι κατὰ τὴν τοῦ τυπικοῦ περίληψιν. ὡσαύτως καὶ ὑπὲρ τῶν ζώντων, καὶ ἀναγραφομένων ἐν τοῖς διπτύχοις καὶ τῷ τυπικῷ· καὶ καθ' ἑκάστην κυριακὴν, ἕτερα σταυρία ἐπίσης τοῖς κεκοιμημένοις προσκομισθήσονται.

CAPUT XXXV.

De Hora nonâ, Veſpertino, & Pannychide ſive pervigilio.

VOLUMUS ut Meſoria Horæ nonæ in dormitorio veſtro ſimiliter pſallantur, parvo ſigno pulſato. Nonam verò Horam pſallere vos oportet ſicut Horas de quibus ſuperiùs tractatum eſt, cum Meſoriis ejus, & reverentiis, ſigno omnes de more convocante. Veſpertina verò laus à vobis perſolvetur, ut in Synaxario declaratur; & continuò Pannychis ſive perviligium. Quandoquidem autem hodie in Pannychide, ſex Troparia in ſingulis canticis canuntur, poſt noſtrum ad Deum diſceſſum, quatuor

ΚΕΦ. ΛΕ.

Περὶ τῆς ἐννάτης ὥρας, ἑσπερινοῦ, καὶ παννυχίδος.

Ὡσαύτως καὶ τὰ τῆς ἐννάτης ὥρας μεσώρια ἐν τῷ κοιμητηρίῳ ὑμῶν ψάλλεσθαι βουλόμεθα, τοῦ μικροῦ συμβόλου κρουομένου. τήνγε μὴν ἐννάτην ὥραν ψάλλειν ὑμᾶς δεῖ, καθὼς καὶ τὰς προδιαληφθείσας ὥρας. μετά τε τῶν μεσωρίων αὐτῆς, καὶ τῶν μετανοιῶν, τοῦ σημαντῆρος πάσας συγκαλοῦντος ὡς ἔθος. καὶ ὁ ἑσπερινὸς δὲ ὕμνος κατὰ τὴν τοῦ συναξαρίου ὑμῖν τελούμενος ἔσται περίληψιν· καὶ συναπλῶς ἡ παννυχίς. ἐπεὶ δὲ σήμερον ἐν τῇ παννυχίδι ἐξ τροπάρια καθ' ἑκάστην ᾠδὴν ψάλλονται, μετὰ τὴν ἡμῶν πρὸς κύριον ἐκδημίαν· τὰ μὲν τέσσαρα-

εα ὀφείλουσι ψάλλεσθαι κατὰ τὸ συναξάριον, τὰ δὲ δύο ἔσται νεκρώσιμα.

quidem juxta Synaxarium cantabuntur, duo verò erunt funerea.

ΚΕΦ. Λϛ.

Περὶ τῶν ἀποδείπνων.

Ἡ δέ γε τῶν ἀποδείπνων ἀκολουθία μετὰ τὸ δεῖπνον ὑμῖν τελεσθήσεται ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐξωνάρθηκι, ἐν ᾧ καὶ τὰ γόνατα κλιτέον ὑμῖν· εἰ μή γε τὸ, Θεὸς κύριος, ψάλλοιτο.

CAPUT XXXVI.

De Apodipnis ſeu Completorio.

COMPLETORII Officium poſt cœnam à vobis perſolvetur in exteriori Eccleſiæ veſtibulo; in quo etiam genua vobis flectenda ſunt: niſi *Deus Dominus* pſallatur.

ΚΕΦ. ΛΖ.

Περὶ τῆς νυκτερινῆς ἀκολουθίας.

Καὶ μετὰ τὴν τῶν ἀποδείπνων συμπλήρωσιν, τοῦ ἱερέως τὴν συνήθη ἐπειπόντος εὐχὴν, ὑμεῖς μὲν ἐπὶ πρόσωπον εἰς γῆν πεσεῖσθε προσέχουσαι τῇ καθηγουμένῃ, ἐκείνης δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰπούσης, συγχωρήσατέ μοι ἐν κυρίῳ, ἀδελφαὶ, ἥμαρτον γὰρ καὶ ἔργῳ, καὶ λόγῳ, καὶ κατὰ διάνοιαν· κἀκείνης ἐπευξαμένης ὑμῖν καὶ εἰπούσης· ὁ Θεὸς δι' εὐχῶν τῶν πατέρων ἡμῶν συγχωρήσαι πάσαις ἡμῖν. οὕτως ἀπάρξασθε τῆς νυκτερινῆς ἀκολουθίας, κατὰ τὸν τύπον εἰς τὸ κοιμητήριον ἀφικόμεναι· εἴτε ἐντὸς τοῦ κοιμητη-

CAPUT XXXVII.

De nocturno Officio.

ABSOLUTO Completorio, poſtquam Sacerdos conſuetam orationem dixerit, vos quidem in vultum ad terram procideritis Præfectæ attendentes: & cùm illa vobis dixerit, *Ignoſcite mihi in Domino, Sorores, peccavi enim opere, verbo & cogitatione*; ac pro vobis oraverit, dicens, *Deus per orationes Patrum noſtrorum ignoſcat omnibus nobis*, ſic inchoabitis nocturnum Officium, juxta formam ad dormitorium pergentes; & ſive intra, ſive extra dormi-

torium illud explere debetis, ut tempus poſtularit, & ut Præfecta voluerit; quod cùm expleveritis, plenæ lætitiæ ſpiritualis ſomno vos dabitis.

εἰν, εἴτε ἐκτὸς ἐκτελεῖν ταύτην ὀφείλουσαι· καθὼς ἂν ὅ, τε καιρὸς ἀπαιτοίη, καὶ ἡ καθηγουμένη βούλοιτο· ἣν ἐκπληρώσασαι, πλήρεις εὐφροσύνης πνευματικῆς εἰς ὕπνον τραπήσεσθε.

CAPUT XXXVIII.

De Officio mediæ noctis.

CONGRUO tempore, cùm ea quæ Eccleſiæ præpoſiturâ fungitur, reverentiam Præfectæ fecerit, & lignum pulſaverit; poſtquam ad Eccleſiæ arthecem ſeu veſtibulum adveneritis, mediæ noctis Officium perſolvetis, ne ipsâ quidem quæ vos excitavit abſente, ſed unà vobiſcum pſallente, & Templi luminaria accendente. Expleto autem à vobis mediæ noctis cantu, magnum ſignum pulſabitur, ac inſuper, æneum: & ſic incipietis matutinum Officium, de cujus initio deinceps dicetur.

ΚΕΦ. ΛΗ.

Περὶ τῆς μεσονυκτίου ἀκολουθίας.

ΕΝ καιρῷ δὲ προσήκοντι τῆς τελούσης τὴν τῆς ἐκκλησιαρχίας διακονίαν, μετάνοιαν τῇ καθηγουμένῃ βαλλούσης, καὶ τὸ ξύλον κρουσάσης, τὴν μεσονύκτιον ἀκολουθίαν ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας συναγόμεναι, ἐκτελέσετε. οὐδὲ αὐτῆς τῆς διυπνισάσης ὑμᾶς ἀπολιμπανομένης, ἀλλ' ἅμα τε σὺν ὑμῖν ψαλλούσης, καὶ τὰς τοῦ ναοῦ φωταγωγοὺς ἀναπτούσης. τῆς δὲ μεσονυκτίου ὑμνῳδίας ὑμῖν τελειωθείσης, κρουσθήσεται τὸ μέγα σημαντήριον, προσέτι δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν· καὶ οὕτως ἀπάρξεσθε τῆς ὀρθεινῆς ἀκολουθίας, ἧς ἡ ἔναρξις ἐφεξῆς εἰρήσεται.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΘ.

Περὶ ἐνάρξεως ὄρθρου.

Μετὰ δὲ τὸ κρουσθῆναι τὸ χαλκοῦν σημαντήριον, ὁ ἱερεὺς εὐλογήσῃ τὸν Θεὸν, τὸν τύπον τοῦ τιμίου σταυροῦ ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης τῷ θυμιατηρίῳ τυπῶν. εἶτα ἅμα τῇ τοῦ Θεοῦ αἰνέσει, τρισαγίου γινομένου παρ' ὑμῶν, τὸν ἐννεακαιδέκατον καὶ εἰκοστὸν ψαλμὸν ᾄσετε, μετὰ τῶν συνήθων τροπαρίων, καὶ τοῦ, κύριε ἐλέησον, ὡς οἷόν τε μετ' ἰσότητος καὶ προσοχῆς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔσονται ψαλλόμενα παρ' ὑμῶν, ἕως ἂν ὁ κράτιστός μου βασιλεὺς ἐν τοῖς ζῶσιν ᾖ· εἴη δὲ ἐπιμήκιστον, ὦ κύριε καὶ Θεοτόκε· ἐπειδὰν δὲ τῶν τῇδε μεταστῇ, ψαλμοὶ μὲν ὑμῖν ᾀδόμενοι ἔσονται, τὸ, κύριος ποιμαίνει με, καὶ τό· σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ Θεὸς ἐν Σιών. τροπάρια δὲ καὶ αὐτὰ ἀναπαύσιμα· μνήσθητι, κύριε, ἀνάπαυσον σωτὴρ ἡμῶν. δόξα. καὶ νῦν.

Μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὸ τρισάγιον, ἡ ἐκκλησιάρχισσα τοῦ [a] ἑξαψάλμου ἀπάρξεται σχολαίως τε καὶ προσεκτικῶς ᾄδουσα αὐτὸ, καὶ ἡσύχῳ ὑπᾴδουσα τῇ φωνῇ· ἵν' ἐ-

CAPUT XXXIX.

De initio Matutini.

POSTQUAM æneum ſignum pulſatum fuerit, Sacerdos benedicet Deum, figuram venerandæ Crucis coram ſancta menſa, thuribulo efformans. Dehinc, unà cum Dei laude Triſagio à vobis dicto, decimum nonum & vigeſimum Pſalmum cantabitis, cum ſolitis Tropariis, & *Kyrie eleïſon*, cum æqualitate & attentione, quoad fieri poterit. Sed hæc quidem à vobis pſallentur, donec præſtantiſſimus meus Imperator in vivis fuerit; (id verò diutiſſimum ſit, ô Domine, & Deipara) poſtquam autem hinc tranſlatus fuerit, hi Pſalmi à vobis cantabuntur: *Dominus paſcit me*, &, *Te* Pſal. 22 *decet hymnus Deus in Sion.* Pſal. 64 Troparia verò, & ipſa funerea: *Memento, Domine. Da requiem Salvator noſter. Gloria. Et nunc.*

Abſoluto autem Triſagio, Eccleſiæ Præpoſita hexapſalmum ſeu ſex Pſalmos incipiet, lentè & attentè illud canens, & quieta demiſſaque voce pſallens; ut reliquæ ci-

[a] ἑξάψαλμον, id eſt ſex Pſalmi Laudum, nempe 49. 37. 2. 87. 102, 142. Horologium in Off. Matutini, quo nomine intelliguntur Laudes.

tra lapſum & errorem eam ſubſequi valeant, & apud ſeipſas verba Pſalmorum mente revolvere. Et ſic poſt expletum hexapſalmum, univerſum Matutini Officium perſolvetur, ut in Synaxario continetur, quod Synaxarium de ſanctorum quoque jejuniorum officio accuratiſſimè vos edocebit; necnon quomodo vobis peragenda ſint cùm alia, tum vigiliæ, in omni Dominica, feſto Domini, & reliquis Sanctorum memoriis, quas enarrat Synaxarium.

a *πρώτῃ τῇ κοιμήσει.* Dicitur prima Dormitio, non quòd ſecunda celebretur, ſed quòd hæc eſſet præcipua & maxima omnium Monaſterii ſolennitatum.

b *πολυκάνδηλα.* Funale multis lampadibus ornatum, è laqueari Eccleſiæ pendens. Cang. in Gloſſ. Græco. Non candelabrum, ut ait Meurſius, nam *κάνδηλα* lampadem, non candelam ſignificat.

c *χυτροκανδῆλαι*, lampades inſtar ollæ concavæ.

d *βαμβακηρὸν νῆμα*, eſt filum vel ellychnium, ex bambace, ſeu goſſipio, vulgò *cotton*, ad compingendam ceram.

e *λάμναις. λάμναι*, ſunt laminæ, de quibus Gloſſæ MS. *σιδηροῦν ἔχεις ἐν λάμναι χαλκοῦσιν*, id eſt, ferreum retinaculum, quod lamnam vocant; hæ autem laminæ in circulum compoſitæ erant, illas enim cerei implebant, ut in textu cernis. Vide utrumque Eruditiſſ. Cangii Gloſſarium.

f *τέμπλων. τέμπλον* videtur eſſe ciborium, ſeu tegmen, ac umbraculum Altaris, & ſacræ menſæ, quod fortè à cymbæ figura Cymbarium dicitur, in Sylloge Epiſtolarum Hibernicarum. Hæc Eruditus Cottelerius Tomo 3. Monum. Eccleſiæ Græcæ, cui conſonat ſummus Vir Cangius in Gloſſario Græco. Cùm igitur nihil certius habeamus, ad laudatos Viros remittimus.

Digitized by Google

πίοις [a] μανουαλίοις, λίτρα, μετὰ βαμβακηρᾶ στήματος. εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἱστάσθωσαν ἐπὶ μανουαλίων [b] λαμπάδες ἑξαλιτραῖαι τέσσαρες, παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου δύο ἑξαούγκιοι. ἐν δὲ τοῖς τάφοις τοῖς ὁπουδήποτε, ὀφείλουσιν ἵστασθαι, κηρία τετραούγκια ἀνὰ ἕν, ὅτε τεθῶσι λείψανα· ῥοδοστάγματα δὲ, καὶ ξυλαλόαι, καὶ θυμιάματα ὀφείλουσι χορηγεῖσθαι, ὅθεν ἂν συνορᾷ ἡ ἡγουμένη ἐνδεχόμενον εἶναι.

Διαδιδόσθω δὲ, καὶ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἐν τῷ πυλῶνι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τοῖς πένησι [c] ψωμία μὲν μοδίων τριῶν, [d] νουμμία δὲ νομισμάτων τραχέων ἕξ, παρεχέσθω δὲ καὶ ὑπὲρ ὀψωνίου νεαρῶν ἰχθύων τῆς τραπέζης τῶν ἐνασκουμένων ἀδελφῶν, νομίσματα τραχέα τὰ ἀρκοῦντα.

ginem, propoſitam ad adorationem, cerei unius libræ cum ellychnio bambacino. In Eccleſia verò, candelabris imponantur quatuor cerei ſex librarum; in utroque venerandi Altaris latere, duo ſex unciarum. In monumentis ubicumque ſint, ſtatui debent cerei quatuor unciarum, in ſingulis unus, cùm defuncta corpora ibi depoſita fuerint. Aqua autem roſacea, lignum aloës, & ſuffimenta tum ſubminiſtrabuntur, cùm Præfecta id expedire judicaverit.

Dentur etiam in hoc feſto ad oſtium fratribus noſtris pauperibus, panes quidem trium modiorum, numi verò nomiſmatum ſeu ſolidorum aſperorum ſex; vice autem opſonii recèns captorum piſcium, ad menſam aſceticè degentium Sororum appoſiti, ſolidi aſperi qui ſatis ſint, ſive qui æquivaleant.

a μανουάλια, candelabra, quòd ſcilicet manu geſtari ſoleant. Hæc vox paſſim occurrit apud ſequioris ævi Græcos.

b λαμπάδες, magni cerei, ſive faces.

c ψωμία apud Græcos medii ævi, panes ſignificant, apud nuperos dicitur ψωμί.

d νουμμία νομισμάτων τραχέων. νόμισμα τραχὺ, ſeu ſolidus aſper, duodecim miliareſiis ſive argenteis ante reformationem Alexii Comneni, quatuor verò poſt illam reformationem æquivalebat. νουμμία verò, quæ in ſequenti Opere νουμία χάλκεα vocantur, erat moneta omnium minutiſſima, atque adeo eleemoſynis erogandis aptiſſima. Sed de iis plura in ſequenti Rationario.

CAPUT LX.

De ſolennitate in Nativitate Deiparæ.

IN ſolennitate autem Nativitatis Deiparæ, ex cereis in candelabris duodenorum luminum poſitis, ſex accendi debent, in Templo ſex; & opſonium Monialibus quantum ſatis erit, ſuppeditabitur.

Eodem modo celebrabitur feſtum Exaltationis venerandæ & vivificæ Crucis, feſtum ſancti Martyris Demetrii, & feſtum Deiparæ Sancta Sanctorum.

ΚΕΦ. Ξ.

Περὶ τῆς κατὰ τὴν γέννησιν τῆς Θεοτόκου ἑορτῆς.

ΕΝ δὲ τῇ ἑορτῇ τῆς γεννήσεως τῆς Θεοτόκου ὀφείλουσιν ἅπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἱσταμένων κηρίων ἐν τοῖς δωδεκαφωτίοις, ἀνὰ ἓξ, εἰς τὸ τέμπλον ἓξ, καὶ ὀψώνιον ταῖς μοναχαῖς τὸ ἀρκοῦν χορηγεῖσθαι.

Ὡσαύτως δὲ ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ἡ ἑορτὴ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ ἡ ἑορτὴ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ ἡ ἑορτὴ τῆς Θεοτόκου [a] τὰ ἅγια τῶν ἁγίων.

CAPUT LXI.

De feſto Chriſti Natalitiorum.

IN feſto Nativitatis Chriſti, luminare idem erit quod in feſto Dormitionis, ſimiliterque opſonium Monialium. Erogatio autem ad oſtium erit duorum modiorum, & quatuor nomiſmatum. Ipſummet luminare ſufficiet & in feſto Luminum: elee-

ΚΕΦ. ΞΑ.

Περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστουγέννων.

ΕΝ δὲ τῇ ἑορτῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, ἡ μὲν φωταψία ὁμοία ἔσται τῇ τῆς κοιμήσεως, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ὀψώνιον τῶν μοναχῶν. ἡ δὲ ἐν τῇ πυλαίᾳ διάδοσις ἔσται μοδίων δύο, καὶ νομισμάτων τεσσάρων. αὕτη δὲ ἡ φωταψία ἀρκέσει, καὶ κατὰ τὴν

[a] τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. ſupple εἰσόδιον, ingreſſus in Sancta Sanctorum, id eſt, feſtum Præſentationis beatæ Virginis.

ἑορτὴν

ἑορτὴν τῶν [a] φώτων· ἡ δὲ ἐν τῷ πυλῶνι διάδοσις ὁμοία ἔσται τῇ προειρημένῃ ἑορτῇ, ἤγουν τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, ὁμοίως καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὀψώνιον.

moſyna verò ad oſtium, eadem erit, quæ prædicto feſto, nempe Chriſti Nativitatis, ſimiliterque opſonium Monialium.

ΚΕΦ. ΞΒ.

Περὶ τῆς ἑορτῆς τῆς ὑπαπαντῆς.

ΕΝ δέ γε τῇ ἑορτῇ τῆς ὑπαπαντῆς ὀφείλουσιν ἅπτεσθαι ἐν τοῖς δωδεκαφωτίοις ἀνὰ κηρία ἕξ, ἀπὸ τῶν πρὶν ἱσταμένων· εἰς δὲ τὸ τέμπλον ὁμοίως ἀνὰ ἕξ. ἡ δέ γε ἑορτὴ τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ ἡ ἑορτὴ τῆς βαϊοφόρου ὁμοίως τὴν αὐτὴν ἕξουσι φωταψίαν.

CAPUT LXII.

De feſto Occurſus, ſeu Purificationis.

IN feſto Occurſus accendantur in candelabris duodenorum luminum, ſex cerei, ex iis qui antea ibi poſiti ſunt: in templo pariter ſex. Feſtum Annunciationis & feſtum Palmarum eodem luminari gaudebunt.

ΚΕΦ. ΞΓ.

Περὶ τῆς τῶν ἁγίων παθῶν φωταψίας.

Ἡ Μέν τοι φωταψία τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην [b] πέμπτην ἑορτῆς, ὁμοίως τῇ τῆς κοιμήσεως γενήσεται. ὡσαύτως δὲ ἡ ἐν τῷ πυλῶνι διάδοσις ὁμοία ἔσται τῇ τῆς προειρημένης ἑορτῆς, χωρὶς τοῦ ὀψωνίου. ἡ δέ γε ἁγία

CAPUT LXIII.

De luminari ſacrarum Paſſionum.

LUMINARE feſti ſanctæ & magnæ quintæ feriæ, erit ut in feſto Dormitionis. Erogatio quoque ad oſtium eadem erit quæ in prædicto feſto, excepto opſonio. San-

a Feſtum τῶν φώτων, ſive luminum, eſt feſtum Epiphaniæ, qua die in honorem Baptiſmatis Chriſti plura lumina apud Græcos accenduntur.

b μεγάλην πέμπτην. μεγάλη πέμπτη, eſt feria quinta in Cœna Domini.

cta autem & magna Dominica [a], luminare, erogationem, & opſonium, eadem habebit, quæ ſuprà memorata ſolennitas. Feſtum verò Aſcenſionis, Pentecoſtes, necnon ſanctorum Apoſtolorum, eodem gaudebunt luminari, & opſonio, quo feſtum Nativitatis Deiparæ. Feſtum autem Transfigurationis Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, par eſſe debet feſto Dormitionis Deiparæ; in eleemoſynam verò dentur frumenti modii duo, & numi nomiſmatum aſperorum quatuor.

καὶ [a] μεγάλη κυριακή, τὴν αὐτὴν ἕξει φωταψίαν τε καὶ διάδοσιν, καὶ τὸ ὀψώνιον τῇ αἰωτέρω ῥηθείσῃ ἑορτῇ. ἡ δέ γε τῆς ἀναλήψεως ἑορτὴ, καὶ ἡ τῆς πεντηκοστῆς, ὡσαύτως δὲ, καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὁμοίαν ἕξουσι τὴν φωταψίαν καὶ τὸ ὀψώνιον τῇ ἑορτῇ τῆς γεννήσεως τῆς Θεοτόκου. ἡ δέ γε ἑορτὴ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὀφείλει γίνεσθαι ὁμοία τῇ τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. ἡ δὲ διάδοσις ἔστω σίτου μοδίων δύο, καὶ νουμμία νομισμάτων τραχέων τεσσάρων.

CAPUT LXIV.

Quòd eleemoſyna quotidie fieri debeat ad oſtium.

ELEEMOSYNAM quotidie ad oſtium fieri oportet, panes ſcilicet ex tertia parte modii frumenti, nempe ternis diebus, modius frumenti unus; necnon menſæ reliquiæ quæ quotidie erogari debent, quò per hilarem eleemoſynam fratribus diſtributam, hilarem vos & copioſam Dei miſericordiam conſequamini.

ΚΕΦ. ΞΔ.

Περὶ τοῦ γίνεσθαι μετάδοσιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ πυλῶνι.

ΔΕον δέ ἐστι καὶ ἐν τῷ πυλῶνι γίνεσθαι διάδοσιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ψωμία σίτου μοδίου τοῦ τρίτου, ἤ τοι ταῖς τρισὶν ἡμέραις, σίτου μοδίου ἑνός· ὡς καὶ τῶν περισσευμάτων τῆς τραπέζης ἑκάστης ἡμέρας ὀφειλόντων δίδοσθαι, ὡς ἂν διὰ τῆς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἱλαρᾶς ἐλεημοσύνης, ἱλαρὸν καὶ ὑμεῖς καὶ δαψιλῆ τὸ ἐκ Θεοῦ ἔλεον ἀπολάβητε.

[a] Dominica Reſurrectionis Domini.

ΚΕΦ. ΞΕ.

Περὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι τὸ τυπικὸν εἰς ἐπήκοον πασῶν κατὰ μῆνα.

Ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῦτο παραφυλακτέον οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ὡς ἀρχήν τε, καὶ αἰτίαν τῆς ἀμεταπτώτου τῶν διατετυπωμένων τηρήσεως, καὶ τοῦ ὅλου τῆς μονῆς καταρτισμοῦ· φημὶ δὴ τὸ ἀναγινώσκεσθαι τὸ τυπικὸν εἰς ἐπήκοον πασῶν τῶν ἐν τῇ μονῇ, καθ᾽ ἑκάστην νουμηνίαν· ἵνα τῇ συνεχεῖ ἀναγνώσει μάλιστα παράμονα καὶ ἀνεξάλειπτα εἴη τὰ διατετυπωμένα, καὶ πρὸς συνεθισμὸν τῆς τούτων πληροφορήσεως εὔοδα. ἃ δεῖ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ἔμπρακτα, καὶ ἐνεργά· καὶ ὡς νόμους θείους ἀπαραβάτους, καὶ ἀναλλοιώτους ἔχοντα, μήθ᾽ ὑπὸ χρόνου παλαιούμενα, καὶ ἀφανιζόμενα· μήθ᾽ ὑπό τινος ἐπηρείας, ἢ βιωτικῆς περιτροπῆς ἀμαυρούμενα, μήθ᾽ ὑπὸ ῥαθυμίας τῇ λήθῃ παραδιδόμενα, μήθ᾽ ὡς ἐπαχθῆ ὑπ᾽ ἀνασκησίας ἀποσειόμενα.

CAPUT LXV.

Quòd ſingulis menſibus Typicum legi debeat, omnibus audientibus.

Illud obſervandum nihilo minùs quàm cetera omnia, niſi fortè magis, utpote principium & cauſa immutabilis ſtatutorum obſervationis, & univerſæ Monaſterii perfectionis; nimirum ut ſingulis Neomeniis ſive Calendis legatur Typicum, omnibus quæ in Monaſterio ſunt audientibus; ut aſſiduæ lectione, maximè firma & indelebilia ſint, quæ ſtatuta ſunt, & ut facile ſit eorum executioni aſſueſcere. Quæ ut opere jugiter compleantur omni ſollicitudine curandum: & ut divinæ leges numquam temerari, aut mutari debent, nec tempore antiquari vel deleri, nec damno quopiam aut ſeculari viciſſitudine obliterari, nec per ſegnitiem oblivioni tradi, nec ut oneroſa per ceſſationem excuti.

Digitized by Google

CAPUT LXVI.

De quotidiano divini Templi luminari.

QUOTIDIANUM divini Templi luminare hujuſmodi ſit: Lampades nec die nec nocte extinguendæ ſerventur, in Mytulo quidem una, ante gratiâ plenam Deiparam una; in Templo una, in arthece ſeu veſtibulo una; in exoarthece ſive exteriori veſtibulo alia. Ubi verò contigerit cadaver in quodam ſepulcro collocari, lampas una accendenda eſt.

ΚΕΦ. ΞϚ.

Περὶ τῆς τοῦ θείου ναοῦ καθημερινῆς φωταγωγίας.

Ἔστω τοίνυν ἡ κατὰ τὸν θεῖον ναὸν καθημερινὴ φωταγωγία τοιαύτη· κανδῆλαι ἀκοίμητοι νυχθημεριναὶ διατηρείσθωσαν, ἐν μὲν τῷ μύακι μία, ἔμπροσθεν τῆς κεχαριτωμένης Θεοτόκου μία, ἐν τῷ τέμπλῳ μία, ἐν τῷ ἄρθηκι μία, καὶ ἐν τῷ ἐξωάρθηκι ἑτέρα. ὅταν δὲ ἔν τινι τάφῳ φθάσῃ τεθῆναι λείψανον, ὀφείλει ἅπτειν κανδήλα μία.

CAPUT LXVII.

De crateribus in circulo Trulli ſuſpenſis, & de reliquis.

CRATERES in medio chori ſuſpenſi, accendantur quidem unus poſt alium, initio conventuum qui de more in Templo fiunt in Matutino, Veſpertino, & Liturgia; extinguantur verò iis expletis: & ſic fiat de omnibus Templi lampadibus.

ΚΕΦ. ΞΖ.

Περὶ τῶν κύκλῳ τοῦ τρούλλου κρεμαμένων κρατήρων, καὶ τῶν λοιπῶν.

Οἱ δὲ ἐν μέσῳ τοῦ χοροῦ κρεμάμενοι κρατῆρες, ἀπτέσθωσαν μὲν εἷς παρ' ἕνα, κατ' ἀρχὰς τῶν τελουμένων συνήθως ἐν τῷ ναῷ συνάξεων, κατ' ὄρθρον, ἑσπερινὸν, καὶ λειτουργίαν· σβεννύσθωσαν δὲ πάλιν κατὰ τὰ τέλη τούτων· τὸ αὐτὸ δὲ γινέσθω καὶ περὶ πάσας τὰς τοῦ τέμπλου κανδήλας.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΞΗ.

Περὶ τῶν ὀφειλόντων ἅπτεσθαι κηρίων.

Κηρία δὲ ἁπτέσθωσαν τυγχάνειν ἀκοίμητα, ἐν μὲν τῷ βήματι, ἕν· καὶ ἔμπροσθεν τῆς κεχαριτωμένης μου Θεοτόκου, ἕν. ὀφείλουσι δὲ τὰ δωδεκάφωτα ἵστασθαι ἐν ταῖς προσκυνήσεσι διὰ παντός, ἐξ ὧν ὀφείλει ἅπτεσθαι ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕν, καὶ ἐν τῷ τέμπλῳ ἕν· σβέννυσθαι δὲ ἐν τῇ ἀπολύσει· ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς ταῖς μὴ ἀναγεγραμμέναις ἐν τῷ τυπικῷ, τρία· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ τέμπλῳ, τρία. πλὴν ἐν ταῖς ἤδη ῥηθείσαις μεγίσταις ἑορταῖς ἀντὶ τῶν ἀποκεκαυμένων κηρίων, ὁλόκληρα πηγνύσθωσαν. ἃ δεῖ πάλιν φυλάττεσθαι, ὡς ἂν ὑπουργήσωσι μέχρι τελείας καύσεως ἐν τῇ καθημερινῇ.

CAPUT LXVIII.

De cereis accendendis.

CEREI accendantur nec die nec nocte umquam extinguendi, in ſacro adyto unus, ante gratiâ plenam Deiparam meam unus. Candelabra verò duodenorum luminum ſemper poni debent in adorationibus, ex quibus unus cereus per pſalmodiam quotidie accendi debet, & in templo, unus, extinguendi officio abſoluto: in feſtis autem in Typico non deſcriptis, tres: ſimiliter in Templo, tres. Ceterùm, in maximis ſuprà memoratis feſtis vice abſumtorum cereorum integri compingantur, qui rurſus ſervari debent, ut uſque ad extremam uſtionem quotidiano uſui inſerviant.

ΚΕΦ. ΞΘ.

Περὶ τοῦ ὕδατος.

Ἐπεὶ δὲ πολλὰ μοχθήσασα ἡ βασιλεία μου, τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ ἠδυνήθη καὶ ὕδωρ ἀέναον ἀποκομίσαι ἐν τοῖς μοναστη-

CAPUT LXIX.

De Aqua.

QUANDOQUIDEM Majeſtas mea poſtquam multum laboravit, potuit, Deo auxiliante, aquam perennem ad Monaſteria ſua deducere;

Digitized by Google

& factæ ſunt duæ meriſtræ menſurâ æquales ; ſtatuo ut ab una quidem earum, femineum Monaſterium adaquetur, necnon Deſpoticæ domus quas Imperium meum exſtruxit; ab alia verò, virorum Monaſterium.

ρίοις αὐτῆς· γεγόνασι δὲ καὶ [a] μερίστραι δύο ἰσόμετροι, διορίζομαι ἀπὸ μὲν τῆς μιᾶς ἀρδεύεσθαι τὸ γυναικεῖον μοναστήριον, καὶ τὰ δεσποτικὰ οἰκήματα, ἅπερ ἐποίησεν ἡ βασιλεία μου· ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας, τὸ ἀνδρῷον.

Si autem in hujuſmodi canalibus fiat fractura, reſtaurari debet ab iis qui aquam illam accipiunt. Cùm verò ab Imperatoria mea Majeſtate conſtitutum fuerit, ut pro ejuſmodi aquæductu duo ſint aquarii ; curet unus eorum unius Monaſterii aquam, alter verò alterius. Si autem fractura umquam accidat in illo aquæductu, fiat actus à quopiam Tribunorum, ſive Notariorum, & ab ambobus Monaſteriis ſumtus ex æquo ſuppeditentur, eumque reſtituant, & aquâ perenni fruantur.

Εἴπερ δὲ γένηται κλάσμα ἐν τοῖς τοιούτοις παραλκίοις, ὀφείλει ἐπανορθοῦσθαι ἀπὸ τῶν λαμβανόντων τὸ τοιοῦτον ὕδωρ. ἐπεὶ δὲ ἐτυπώθη παρὰ τῆς βασιλείας μου εἶναι ὑδραγωγοὺς δύο χάριν τοῦ ἀγωγοῦ τοῦ τοιούτου ὕδατος, ὀφείλουσι προνοεῖσθαι ὁ μὲν εἷς ἀπὸ τοῦ ἑνὸς μοναστηρίου, ὁ δὲ ἕτερος ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. εἴ ποτε δὲ γένηται κλάσμα ἐν τῷ ἀγωγῷ τῷ εἰσάγοντι τὸ τοιοῦτον ὕδωρ ὀφείλει γίνεσθαι πρακτικὸν παρά τινος τῶν [b] τριβούνων, καὶ δίδοσθαι τὴν ἔξοδον ἀπὸ ἀμφοτέρων τῶν μοναστηρίων ἐξ ἴσου, καὶ ἐπανορθοῦσθαι αὐτὸν, καὶ ἔχειν τὸ ὕδωρ ἀέναον.

a *μερίστραι* videntur fuiſſe canales ad deducendam aquam, ut paulò inferiùs indicatur, his verbis, *ἐν τοῖς τοιούτοις παραλκίοις.*

b *τριβούνων.* De variis Tribunorum Officiis, & ſpeciatim de illis qui Notarii munus explebant, Bulengerus de Imperio Rom. l. 5. cap. 3.

ΚΕΦ. Ο.

Περὶ τοῦ ταφείου τῶν μοναζουσῶν.

Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ᾠκονόμηταί τε καὶ διατέτακται· ἐπεὶ δὲ καὶ ταφεῖον ἀναγκαῖον ἦν κατασκευασθῆναι ἐπὶ τῇ ἀποθέσει τῶν λειψάνων τῶν πρὸς κύριον ἐκδημουσῶν μοναζουσῶν, τὸ δὲ στενοχωρὲς τῆς μονῆς οὐ παρεῖχε χώραν εἰς τὴν τοῦ τοιούτου ἀνέγερσιν, ἀνθηλάβετο ἡ βασιλεία μου ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας τὴν μονὴν τὰ Κελλαραίας, πατριαρχικὴν μὲν οὖσαν, ἀφιερωθεῖσαν δὲ τῇ μονῇ τῆς κεχαριτωμένης μου Θεοτόκου χάριν ταφείου τῶν ἐν αὐτῇ ἀσκουμένων μοναζουσῶν· καθὸ καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Νικολάου γεγονὸς ἐπὶ τούτῳ διασαφεῖ ὑπόμνημα.

Καὶ δὴ τυποῦμεν εἶναι ἐν αὐτῇ μοναζούσας τέσσαρας, λαμβανούσας ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς κεχαριτωμένης μου Θεοτόκου ἑκάστην αὐτῶν, σίτου ἀνὰ [a] μόδια θαλάσσια δεκαοκτώ· οἴνου ἀνὰ μέτρα θαλάσσια δώδεκα· τυροῦ ἀνὰ λίτρας πεντήκοντα· ὀσ-

CAPUT LXX.

De Sepulcro Monacharum.

HÆc quidem ita diſpoſita & ſtatuta ſunt. Ut autem neceſſe fuit ſepulcrum parari ad deponenda cadavera Monacharum quæ ad Deum demigrarint; anguſtia verò Monaſterii nobis locum minimè dedit ad illud excitandum: adſcivit Majeſtas mea à magna Dei Eccleſia Monaſterium Cellaræ, Patriarchale quidem, conſecratum verò, Monaſterio gratiâ plenæ Deiparæ meæ, in ſepulcrum Monialium in eo aſceticè degentium, quemadmodum editum à ſanctiſſimo & œcumenico Patriarcha Domno Nicolao monumentum declarat.

Statuimus itaque ut quatuor in illo degant Moniales, quotannis accipientes à Monaſterio gratiâ plenæ Deiparæ meæ, ſingulæ frumenti modios marinos octodecim, vini metra marina duodecim, caſei libras quinquaginta; le-

a μόδια θαλάσσια. De modiis marinis hæc Meurſius: μόδος pro μόδιος, modius. ὁ θαλάσσιος μόδος ὀφείλει χωρεῖν σίτου καθαροῦ καὶ ἀρύπου λίτρας τεσσαράκοντα ex arithmetica adeſpota. id eſt: Modius marinus continere debet frumenti puri & mundi libras quadraginta. de quo in ſequenti Tractatu de menſuris fuſiùs.

Digitized by Google

guminum modium unum, & pro earum rogis, nomiſmata aſpera viginti quatuor, ac pro veſtitu nomiſma unum hyperpyrum.

Statuimus inſuper Sacerdotem unum ſecularem illic deſignari, qui in illo Monaſterio miniſtret, in pſalmodia, luminari, omnique ſibi congruenti munere. Aſſignenturque illi quæ pro tali miniſterio eum accipere oportet à Monaſterio Gratiâ-plenæ, à quo dabuntur quoque neceſſaria ad luminare illius Cœmeterii, nempe quotannis olei metra marina duo, & frumenti modii duodecim.

Obeuntium verò Monialium tranſlationem & ſepulturam ſic fieri præcipimus. In exteriori quidem veſtibulo perficientur, quæ pro defuncta ſtatuta ſunt, pſalmodia, dico, omniſque veſtitus cadaveris, ſicque transferetur ad Monaſterium Deiparæ Cellaræ, cum lectulo ſeu feretro deportata, ſive à So-

πρίου ἀνὰ μόδιον ἕνα. καὶ ὑπὲρ [a] ῥόγας αὐτῶν ἀνὰ νομίσματα τραχέα εἴκοσι τέσσαρα, καὶ ἀντὶ ἐνδυμασίας, νόμισμα ἓν [b] ὑπέρπυρον.

Ἔτι γε μὴν καὶ ἱερέα τινὰ κοσμικὸν τυπούμεθα ἀφορισθῆναι ἐκεῖσε, καὶ ὑπηρετεῖν ἐν τῷ τοιούτῳ μοναστηρίῳ, ἐπί τε τῇ ψαλμῳδίᾳ καὶ φωταψίᾳ, καὶ πάσῃ τῇ προσηκούσῃ ἐπιμελείᾳ· τυπωθῆναι δὲ λαμβάνειν αὐτὸν τὸ ἐνδεχόμενον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὑπηρεσίας, ἀπὸ τῆς τῆς κεχαριτωμένης μου Θεοτόκου μονῆς, ἀφ' ἧς δίδοσθαι καὶ τὰ εἰς φωταψίαν τοῦ τοιούτου κοιμητηρίου, ἤγουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, ἐλαίου μέτρα θαλάσσια δύο, καὶ σίτου μόδια δώδεκα.

Τὴν δὲ τῶν ἀποθνησκουσῶν μοναζουσῶν μετακομιδήν τε καὶ ταφὴν, οὕτω διατάττομεθα γίνεσθαι. τελείσθω μὲν ἐν τῷ ἐξωνάρθηκι τὰ ἐπὶ τῇ τεθνεώσῃ νενομισμένα, τήν τε ψαλμῳδίαν, φημὶ, καὶ τὴν τοῦ λειψάνου πᾶσαν ἀμφίασιν· καὶ οὕτω μετακομιζέσθω εἰς τὸ μοναστήριον τῆς Θεοτόκου, τὰ κελλαραίας, μετὰ τῆς κλίνης βασταζομένην, ἢ παρὰ τῶν συναδελφῶν

a ῥόγας. Rogæ ſunt ſtipendia quibuſdam Officiis affectata. Videtur tamen cùm hoc loco, tum in Tabella redituum Monaſterii, rogam eſſe donarium pro opſonio aſſignatum: nam pro pane, vino & veſtimento neceſſaria ſpeciatim aſſignantur.

b ὑπέρπυρον. De numiſmatibus hyperpyris, vide ſæpius laudatum Cangium, lib. de Numiſmatibus inferioris ævi, num LXXX, ad calcem Gloſſarii mediæ & infimæ Latinitatis.

Digitized by Google

αὐτῆς, ἢ παρὰ τῶν ὑπουργισσῶν, ἀκολουθουσῶν αὐτῇ τῶν μοναχῶν, ὅσας προστάξει ἡ καθηγουμένη· ἐκεῖσε δὲ ἐν τοῖς τῶν μοναζουσῶν ἀποτίθεσθαι τάφοις· ἐν οἷς μόναι αἱ ἐν τῇ μονῇ τῆς κεχαριτωμένης μου Θεοτόκου ἐνασκούμεναι μοναχαὶ ὀφείλουσι θάπτεσθαι· μή τινος τῶν ἔξωθεν τοῦ καταλόγου τῆς δὲ τῆς ἀδελφότητος ταύταις συνθαπτομένης, κἂν συγγενὴς εἴη τῆς προεστώσης, ἢ τινος ἄλλης τῶν μοναχῶν, κἂν συνήθης, κἂν γνώριμος· οὔτε μὴν διὰ προστάξεως τῆς τῆς μονῆς ἀντιλαμβανομένης, ἵνα μὴ ξενοτάφειον τὸ ταφεῖον τῶν μοναχῶν καταστῇ. εἰ δὲ πειραθῇ τις τοῦτο ποιῆσαι, ἕξει μὲν καὶ ἀπὸ Θεοῦ τὴν κατάκρισιν διὰ τὴν τοῦ τυπικοῦ παράβασιν· κωλυθήσεται δὲ καὶ παρὰ τῆς τῆς μονῆς ἀντιλαμβανομένης.

Ἀφορισθήσεται γε μὴν μία [a] σταταραία χάριν ταφῆς τῶν ὑπουργισσῶν τῶν τοιούτων μοναζουσῶν· ἑτέρα λόγῳ τῶν ἡγουμενευουσῶν· ἑτέρα δὲ λόγῳ τῶν μεγαλοσχήμων· ἑτέρα λόγῳ τῶν λοιπῶν μοναχῶν, καὶ τῶν ὑπουργισσῶν ὅσαι εἰσὶ μοναχαὶ καὶ ἐνάρετοι, ἑτέρα λόγῳ τῶν ἐν τῇ μονῇ τῶν κελλαραίας μοναχῶν.

Αἱ δὲ ἀπελθοῦσαι μετὰ τῆς τελευτησάσης μοναχαὶ ἀδελφαὶ, ὑπο-

roribus ſuis, ſive à famulabus: & Moniales ſequentur ipſam, quotquot jubebit Præfecta: illic verò in ſepulcris Monacharum deponetur, in quibus ſolæ Moniales in Monaſterio gratiâ plenæ Deiparæ meæ aſceticè verſantes ſepeliri debent; ac nulla extra Sororum catalogum unà cum ipſis ſepelietur, licèt cognata fuerit Præfectæ, aut alterius cujuſdam è Monialibus, tametſi familiaris & nota, ne quidem juſſu Patronæ Monaſterii; ne Monacharum ſepulcrum, xenotaphium, ſive extranearum ſepulcrum evadat. Si qua verò id efficere molita fuerit, à Deo quidem condemnabitur, ob Typici tranſgreſſionem; impedietur autem à Monaſterii Patrona.

Porro aſſignabitur una ſtatarœa pro ſepultura, famulabus illarum Monialium: altera Præfectarum gratiâ: alia pro iis quæ ſunt magni habitus, alia pro ceteris Monialibus, & famulabus quæ Moniales ſunt & virtute præditæ: alia pro Monialibus Monaſterii Cellarææ.

Sorores verò Moniales quæ cum defuncta abierant, re-

[a] σταταρεία. Hæc vox rariſſima videtur ſignificare tumbam ſeu ſepulcrum multis corporibus humandis aptum.

verſæ ad Monaſterium ſuum, non ultrà illuc concedant; ſed Tertia, Nona, & Quadrageſima defunctæ Monachæ pſallantur quidem à Sacerdote illic conſtituto; perſolvantur verò à Monialibus in Monaſterio. In divinis quoque Sacrificiis quotidie fiat earum memoria, necnon in Matutino, Veſpertino, & protenſis orationibus uſque ad Quadrageſima, & oblatio ſpeciatim pro unaquaque deferatur, donec Quadrageſima illius compleantur.

στρέψασαι εἰς τὸ μοναστήριον ἑαυτῶν, μηκέτι ἀπερχέσθωσαν ἐκεῖ· ἀλλὰ τὰ [a] τρίτα, καὶ τὰ ἔνατα, καὶ τὰ τεσσαρακοστὰ τῆς ἀποιχομένης μοναχῆς ψαλλέσθωσαν μὲν καὶ παρὰ τοῦ ἐκεῖσε τεταγμένου ἱερέως, τελείσθωσαν δὲ καὶ παρὰ τῶν μοναζουσῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Καὶ καθ' ἑκάστην ἐν ταῖς θείαις ἱερουργίαις αὗται μνημονευέσθωσαν, καὶ τῷ ὄρθρῳ καὶ τῷ ἑσπερινῷ ἄχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐν ταῖς ἐκτενέσι δεήσεσι, καὶ προσφορὰ δὲ ἰδικῶς ὑπὲρ αὐτῆς προσκομιζέσθω μέχρι τῆς τῶν τεσσαρακοστῶν αὐτῆς συμπληρώσεως.

Notandæ ſunt autem ſingularum defunctarum memoriæ ab Eccleſiæ Præpoſita, & illarum nomina in diptychis deſcribenda, ne earum memoriæ obliterentur, ſed ſine omiſſione expleantur. Jubemus itaque Sacerdotibus, ut in ſingulis Liturgiis diptycha adeant, quo in memoriam revocent eas quæ inibi deſcriptæ ſunt, ne judicium ipſi ferant earum oblivionis, & omiſſionis: & ut communis memoria fiat omnium Monacharum, ſingulis Paraſcevis ſeu feriis ſextis poſt lucernarium. Niſi aliquod feſtum impediat, pſallant

Σημειωτέον δὲ καὶ τὰς μνήμας ἑκάστης τῶν θνησκουσῶν τὴν ἐκκλησιάρχισσαν, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν τοῖς διπτύχοις ἐγγραπτέον· ἵνα μὴ ἀνεπίληστοι εἶεν αἱ τούτων μνῆμαι· καὶ τελῶνται ἀπαραλείπτως. τὰ μέντοι δίπτυχα προσφερόμενα τοῖς ἱερεῦσι κατὰ πᾶσαν ἐπιτεῖναι λειτουργίαν, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν αὐτοῖς ἀπογεγραμμένων· ἵνα μὴ αὐτοὶ τὸ κρίμα βαστάζωσι τῆς ἐκείνων ἀμνηστίας, καὶ ἐλλείψεως· ἵνα δὲ καὶ κοινὴ μνήμη πασῶν γίνηται τῶν μοναζουσῶν, καθ' ἑκάστην παρασκευὴν μετὰ τὸ λυχνικόν. εἰ μή τις ἑορτὴ κωλύει, ψαλλέτωσαν κανόνα νε-

a Ut apud nos Miſſæ celebrantur die tertia, ſeptima, & trigeſima poſt obitum, cum peculiaribus orationibus; ſic apud Græcos diebus quarta, nona, & quadrageſima poſt obitum ſpeciales dicuntur orationes. Conſule Goarum in Notis ad Officium exequiarum, quod in Euchologio habetur.

Digitized by Google

χρώσιμον αἱ μοναχαὶ, ποιοῦσαι καὶ [a] παραστάσιμον· καὶ ἐκτενὴς δέησις γινέσθω ὑπὲρ τῶν προαπελθουσῶν πασῶν.

Ἐν μέντοι τῷ σαββάτῳ τῆς [b] ἀπόκρεω, καὶ τῷ σαββάτῳ τῆς [c] τυροφάγου, καὶ τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς, γινέσθω καὶ ὑπὲρ τῶν μοναζουσῶν καθ' ἓν ὄνομα τῶν προαπελθουσῶν, μία, καὶ μνημονευέσθωσαν καὶ αὐταί· ὡσαύτως καὶ ἐν τοῖς μνημοσύνοις ἑκάστης, γινέσθω ὑπὲρ αὐτῆς λειτουργία καὶ προσφορά. ὀφείλουσι δὲ λαμβάνειν αἱ μοναχαὶ ἔν τε τῷ σαββάτῳ τῆς ἀπόκρεω, καὶ τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς, ἀνὰ προσφορὰν μίαν, εἰς μνημόσυνον τῶν γονέων αὐτῶν καὶ συγγενῶν. μετὰ δὲ τὸ προσκομισθῆναι συνάγεσθαι πάλιν παρὰ τῆς πυλωροῦ, καὶ δίδοσθαι ἐν τῷ πυλῶνι.

Moniales Canonem funereum, facientes paraſtaſimum: protenſa quoque oratio dicatur pro omnibus quæ ante deceſſerint.

Porro in Sabbato carniſprivii, in Sabbato Lacticinii, & in Sabbato Pentecoſtes, pro defunctis Monialibus, ad ſingula nomina oratio una dicatur, & memoria earum fiat: ſimiliter in uniuſcujuſque commemorationibus, Liturgia pro ipſa celebretur, & fiat oblatio. Moniales autem Sabbato Carniſprivii, & Sabbato Pentecoſtes ſument unam oblationem in commemorationem parentum & cognatorum ſuorum; quæ poſtquam oblata fuerit, colligetur ab Oſtiaria, & ad oſtium erogabitur.

a παραστάσιμον. Ut παράστασις eſt repræſentatio, ſic παραστάσιμον videtur eſſe repræſentatio quædam in exequiis defunctorum fieri ſolita, quam nos cum lectica tapete nigro cooperta facere ſolemus.

b ἀπόκρεω, Sabbatum τῆς ἀπόκρεω, eſt Sabbatum poſt Dominicam Septuageſimæ. Hebdomada namque Septuageſimæ vocatur τῆς ἀπόκρεω, quia in ea carnis uſus terminatur apud Græcos.

c Sabbatum τυροφάγου, eſt Sabbatum hebdomadis Sexageſimæ, in qua licet Græcis lacte & caſeo veſci.

CAPUT LXXI.

De variis commemorationibus per annum faciendis.

POſtquam res Monaſterii ſufficienter diſpoſuimus; jam de iis qui dormierunt parentibus noſtris, fratribus ſecundùm carnem, & filiis, necnon de iis qui dormient, ſtatuimus & ordinamus. Commemorationes enim omnium de quibus diſertè infrà præcipiemus, temporibus & diebus deſcriptis hoc modo perſolventur. Volumus ut fiat Pannychis funerea cum Paraſtaſimo, & luminare in Eccleſia accendatur ſolito copioſius; & ut deferatur in Liturgia oblatio pro defuncto, colybaque fiant: ut memoria quoque ejus fiat in protenſis orationibus in Pannychide ſeu pervigilio, in Matutino, in Liturgia, & in Veſpertino; utque Monialibus non ſolita apponatur menſa, ſed eodem opſonio & victu utantur quo in Domini feſtis uti ſuprà juſſi-

ΚΕΦ. ΟΑ.

Περὶ διαφόρων μνημοσύνων ὀφειλόντων ἐτησίως τελεῖσθαι.

Ἀρκούντως ἤδη περὶ τῶν τῆς μονῆς διαταξάμενοι, νῦν καὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων γονέων ἡμῶν, καὶ ἀδελφῶν κατὰ σάρκα, καὶ παίδων, καὶ τῶν κοιμηθησομένων, διατυπούμεθα καὶ διαταξόμεθα. πάντων γὰρ τὰ μνημόσυνα τῶν κάτωθεν ῥητῶς ἀναταττομένων, κατὰ τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας τὰς ἐγγραφείσας τοιουτοτρόπως τελεσθήσονται. βουλόμεθα γίνεσθαι παννυχίδα νεκρώσιμον, μετὰ καὶ παραστασίμου, καὶ φωταγωγίαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ συνήθους δαψιλεστέραν· προσάγεσθαί τε καὶ ἐν τῇ λειτουργίᾳ προσφορὰν ὑπὲρ τοῦ κοιμηθέντος, καὶ [a] κόλυβα γίνεσθαι, καὶ μνημονεύεσθαι αὐτὸν ἐν ταῖς ἐκτενέσι δεήσεσι κατά τε τὴν παννυχίδα, καὶ τὸν ὄρθρον, καὶ τὴν λειτουργίαν, καὶ τὸ ἑσπερινὸν, καὶ ταῖς μοναχαῖς δὲ, μὴ τὴν συνήθη παρατίθεσθαι τράπεζαν, ἀλλ' ἐψανίζειν, καὶ διαιτᾶσθαι, καθὰ καὶ ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς προετυπωσάμεθα γίνεσθαι, καθ' οἷον αὐτύ-

[a] κόλυβα in Triodio ad Sabbatum primum Quadrageſimæ, vocantur ἑψητὸς σῖτος, frumentum coctum. Goarus verò in Notis ad exequias Græcorum, fuſiùs explicans quid illud ſit, ait eſſe cibum variis frugibus, leguminibus & fructibus compoſitum. Vide quoque Eruditiſſimi Cangii Gloſſarium Græcum.

κατ' ὃν καιρὸν ἡ τοῦ τελευτήσαντος μνήμη.

Πλὴν εἰ μὲν ἐν τετράδι τῶν λοιπῶν ἡμερῶν, ἢ παρασκευῇ συνδράμοι τὸ μνημόσυνον, ὀστρακοδέρμοις καὶ μόνοις ἑστιαθήσονται, ἄνευ τῶν μνημοσύνων τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου μου βασιλέως· ἐν γὰρ τοῖς μνημοσύνοις τούτου, κἂν ἐν τετράδι συνδράμοιεν, καὶ παρασκευῇ, καὶ ἰχθύες ὀψωνισθήσονται φιλοτίμως ταῖς μοναχαῖς εἰς ἑστίασιν· χρὴ γὰρ τὸν ἐξαίρετον ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὸ μνημόσυνον ἐξαίρετον ἀποφέρεσθαι. ἐν δὲ ταῖς λιταῖς ἁπάσαις ἡμέραις, καὶ ἐπὶ τοῖς τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἡμῶν μνημοσύνοις ἰχθυοφαγήσουσιν.

Εἰ δὲ ἔν τισι τῶν τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς ἡμερῶν μνημόσυνόν τινος ἀπαντήσοιτο, ἐν μόνῃ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐκείνης τῆς ἑβδομάδος καθ' ἣν φθάσοι τὸ μνημόσυνον, ἡ παννυχὶς ἐπιτελεσθήσεται, καὶ τῷ ἐπιόντι σαββάτῳ αἱ μοναχαὶ δι' ὀστρακοδέρμων παρακληθήσονται. εἰ δέ τις καὶ ἰχθύας ἥκοι κομίζων αὐταῖς, καὶ τούτοις ἑστιαθήσονται. τῶν ἄλλων δύο τεσσαρακοστῶν ἄδειαν πᾶσαν ἡμέραν ἐχουσῶν εἰς τὸ ποιεῖν τὰ μνημόσυνα. καὶ τὴν ἐν πυλῶνι δὲ διάδοσιν, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην βουλόμεθα γίνεσθαι, καθὰ ἐν τῇ ἑκάστης ὀνομασίᾳ δηλωθήσεται.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ

mus, quoquo tempore defuncti memoria occurrat.

Ceterùm, ſi quidem feriâ quartâ vel Paraſceve, & non aliis diebus, occurrerit commemoratio, conchyliis ſolis reficientur, exceptis commemorationibus præſtantiſſimi & ſancti Imperatoris mei; in ejus enim commemorationibus, etſi in feriam quartam & Paraſceven inciderint, piſces quoque Monialibus ad refectionem magnificè in opſonium ſuppeditabuntur: par eſt enim qui præſtat inter homines, præſtantiorem commemorationem obtinere. Omnibus verò Litaniarum diebus, etiam in ceterorum affinium noſtrorum commemorationibus piſces comedent.

Si autem quibuſdam magnæ Quadrageſimæ diebus, cujuſpiam commemoratio occurrat, ſolâ veſperâ Paraſceves hebdomadis in quam incidet commemoratio, fiet Pervigilium, & ſequenti Sabbato Moniales conchyliis conſolationem accipient. Si quis verò piſces ipſis attulerit, iis reficientur. Aliis duabus Quadrageſimis liberum eſt quibuſlibet diebus commemorationes facere. Diſtributionem quoque ad oſtium die illa fieri volumus, prout ad ſingulorum dierum nomen indicabitur.

Fiant commemorationes

præſtantiſſimi mei Imperatoris Domni *Alexii Comneni*, qua die obierit: accendaturque luminare copioſum, & Monialibus diſcretio tribuatur. Dentur autem ad oſtium panes decem modiorum, vini metra octo, & numi nomiſmatum aſperorum duodecim. Commemorationes verò meas, qua die è corpore migravero, tales fieri volo quales præſtantiſſimi mei Imperatoris citra diſcrimen.

κρατίστου μου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, καὶ γινέσθω ἡ φωταψία δαψιλής, καὶ εἰς τὰς μοναχὰς διάκρισις. διδόσθω δὲ καὶ ἐν τῷ πυλῶνι ψωμία δέκα μοδίων, οἴνου μέτρα ὀκτὼ, καὶ νουμμία νομισμάτων τραχέων δώδεκα. καὶ τὰ ἐμὰ δὲ μνημόσυνα, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσω τοῦ σώματος, τοιαῦτα βούλομαι γίνεσθαι, οἷα καὶ τοῦ κρατίστου μου βασιλέως ἀπαραλλάκτως.

Fiant commemorationes dilecti filii meæ Majeſtatis, Porphyrogeniti & Imperatoris Domni *Joannis*, quâ die obierit: fiatque luminare copioſum, & diſcretio Monialibus. Dentur verò ad portam panes modiorum quinque, & numi nomiſmatum aſperorum ſex.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου υἱοῦ τῆς βασιλείας μου τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ [a] βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, καὶ γινέσθω ἡ φωταψία δαψιλής, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς· διδόσθω δὲ καὶ ἐν τῷ πυλῶνι ψωμία μοδίων πέντε, καὶ νουμμία νομισμάτων τραχέων ἕξ.

Fiant commemorationes dilectæ nurus Imperii mei & Dominæ Domnæ *Irenes* conjugis ejus, qua die obierit: fiatque amplum luminare, & diſcretio Monialibus. Dentur verò ad portam panes modiorum quinque, & numi nomiſmatum aſperorum ſex.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου νύμφης τῆς βασιλείας μου καὶ δεσποίνης κυρᾶς [b] Εἰρήνης τῆς συζύγου αὐτοῦ, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ· καὶ γινέσθω φωταψία δαψιλής, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς· διδόσθω δὲ καὶ ἐν τῷ πυλῶνι ψωμία μοδίων πέντε, καὶ νουμμία νομισμάτων τραχέων ἕξ.

Fiant commemorationes dilecti filii meæ Majeſtatis

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου υἱοῦ τῆς βασιλείας μου

[a] βασιλέως. Unà ſcilicet cum patre imperantis.

[b] Hæc Irene Hungariæ Regis filia erat, de qua & de tota familia Alexii fusè doctiſſimus Vir Cangius, quem conſule lib. de Famil. Byzant.

τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ [a] Σεβαστοκράτορος κυροῦ Ἀνδρονίκου, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Γενέσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου γαμβροῦ τῆς βασιλείας μου κυροῦ [b] Νικηφόρου τοῦ Καίσαρος, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Γενέσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου υἱοῦ τῆς βασιλείας μου κυροῦ [c] Ἰσαακίου τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Καίσαρος, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Γενέσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου γαμβροῦ τῆς βασιλείας μου κυροῦ [d] Νικηφόρου τοῦ Πανυπερσεβάστου, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Γενέσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου γαμβροῦ τῆς βασιλείας μου τοῦ Πανσεβάστου ὑπερτάτου κυροῦ [e] Κωνσταντίνου, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, τὰ μὲν λοιπὰ ὁμοίως· τὸ δὲ ψωμίον μοδίων τριῶν, καὶ νουμμία τραχέων νομισμάτων τριῶν.

Γενέσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου ἐγγόνης τῆς βασιλείας

Porphyrogeniti & Sebaſtocratoris Domni *Andronici*, qua die obierit, eodem modo.

Fiant commemorationes dilecti generi Majeſtatis meæ Domni *Nicephori* Cæſaris, qua die obierit, ſimili modo.

Fiant commemorationes dilecti filii Imperii mei Domni *Iſaacii*, Porphyrogeniti & Cæſaris, qua die obierit, eodem modo.

Fiant commemorationes dilecti generi Majeſtatis meæ Domni *Nicephori* Panhyperſebaſti, qua die emigrarit, eodem modo.

Fiant commemorationes dilecti generi Imperii mei Panſebaſti hypertati ſive ſupremi Domni *Conſtantini*, quâ die emigraverit, reliqua quidem eodem modo; panes verò modiorum trium, nummique nomiſmatum aſperorum trium.

Fiant commemorationes dilectæ neptis Imperii mei

a Σεβαστοκράτορος. Nova Dignitas ab Alexio Comneno inſtituta: is erat ceu ſecundus Imperator; ſed in hatum Dignitatum ordine quamplurimæ poſtea mutationes ſubière. Vide Alexiad. Codinum, Bulengerum, &c.

b Nicephorus Bryenius Annæ Comnenæ conjux, Cæſar; quæ Dignitas, ab Imperatore tertia erat. Alexiad. l. 3.

c Ab Iſaacio Trapezuntini Principes originem duxère.

d Nicephorus Catacalo, conjux Mariæ Porphyrogenitæ, Panhyperſebaſtus: quæ Dignitas, eadem, quâ Cæſar, ſede gaudebat.

e Conſtantinus hic, Angelus cognominabatur, & erat conjux Theodoræ Porphyrogenitæ.

Digitized by Google

Domnæ *Irenes Ducænæ*, filiæ Porphyrogenitæ & Cæſariſſæ Domnæ Annæ, qua die obierit; & fiat copioſum luminare, & diſcretio Monialibus: denturque ad portam panes modiorum quatuor, & numi nomiſmatum aſperorum quatuor.

μου κυρᾶς [a] Εἰρήνης τῆς Δουκαίνης, τῆς θυγατρὸς τῆς Πορφυρογεννήτου καὶ Καισαρίσσης κυρᾶς Ἄννης, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ· καὶ γινέσθω ἡ φωταψία δαψιλής, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς. διδόσθω δὲ καὶ ἐν τῷ πυλῶνι, ψωμία μοδίων τεσσάρων, καὶ νυμμία νομισμάτων τραχέων τεσσάρων.

Fiant commemorationes dilectæ filiæ Majeſtatis meæ Porphyrogenitæ & Cæſariſſæ Domnæ *Annæ*, qua die obierit, & fiat amplum luminare, diſcretio quoque Monialibus: & dentur ad oſtium panes modiorum quinque & numi nomiſmatum aſperorum ſex.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου θυγατρὸς τῆς βασιλείας μου τῆς Πορφυρογεννήτου καὶ Καισαρίσσης κυρᾶς Ἄννης, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ· καὶ γινέσθω φωταψία δαψιλής, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς, διδομένων ἐν τῷ πυλῶνι ψωμία μοδίων πέντε, καὶ νυμμία νομισμάτων τραχέων ἕξ.

Fiant commemorationes dilectæ filiæ Imperii mei, & Porphyrogenitæ Domnæ *Mariæ*, qua die obierit, ſimili modo.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου θυγατρὸς τῆς βασιλείας μου καὶ Πορφυρογεννήτου κυρᾶς Μαρίας, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Fiant commemorationes dilectæ filiæ Majeſtatis meæ, & Porphyrogenitæ Domnæ *Eudociæ*, qua die obierit, eodem modo.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου θυγατρὸς τῆς βασιλείας μου καὶ Πορφυρογεννήτου κυρᾶς [b] Εὐδοκίας, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

[a] Hæc Irene filia erat Nicephori Bryenii & Annæ Comnenæ Porphyrogenitæ, & extra ordinem ſuum ſcripta eſt, ut crucibus in MS. depictis indicari videtur, quia cùm in commemorationum ordine omiſſa fuiſſet, dehinc juſſa eſt deſcribi hoc in loco, qui vacuus repertus eſt. Oboritur autem quæſtio, cur videlicet Ducæna vocetur, cùm tamen à Bryeniorum familia, à Ducæna diverſa, ortum duxerit: ſed puto Irenem Auguſtam amore puellæ ductam, ei non modò nomen proprium, ſed & cognomen indidiſſe. Pater autem ipſam ab avia vehementiùs aliis neptibus amatam fuiſſe, tùm quòd ſola è neptibus in commemorationibus locum obtineat, tum quòd capite 79. Deſpoticarum domorum poſſeſſio ipſi tranſmittatur.

[b] Eudocia à ſponſo Conſtantino Jaſita ſegregata fuerat ob ejus ſævitiam, is ideo non memoratur.

Τελείσθωσαν

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου νύμφης τῆς βασιλείας μου τῆς σεβαστοκρατορίσσης κυρᾶς [a] Εἰρήνης, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως· ψωμία δὲ μοδίων τριῶν.

Fiant commemorationes dilectæ nurûs Majeſtatis meæ Sebaſtocratoriſſæ Domnæ *Irenes*, qua die obierit, eodem modo; panes verò modiorum trium.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου νύμφης τῆς βασιλείας μου κυρᾶς [b] Εἰρήνης τῆς Καισαρίσσης, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Fiant commemorationes dilectæ nurûs Majeſtatis meæ Domnæ *Irenes* Cæſariſſæ qua die obierit, ſimiliter.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου θυγατρὸς τῆς βασιλείας μου, καὶ Πορφυρογεννήτου κυρᾶς Θεοδώρας, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως.

Fiant commemorationes dilectæ filiæ Imperatoriæ meæ Majeſtatis, & Porphyrogenitæ Domnæ *Theodoræ*, qua die obierit, ſimili modo.

Μηνὶ ὀκτωβρίῳ ιδ´. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ μακαρίτου, ἁγίου, [c] αὐθέντου καὶ περιποθήτου πατρὸς τῆς βασιλείας μου, τοῦ [d] πρωτοπροέδρου, καὶ [e] πρωτοβεστιαρίου, καὶ μεγάλου [f] δουκὸς τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Δούκα τοῦ μετονομασθέντος [g] τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγγελικῷ

Menſe Octobri 14. fiant commemorationes beatæ memoriæ, ſancti, Authentis, & dilecti patris Majeſtatis meæ, Protoproëdri, Protoveſtiarii, & magni Ducis Scholarum Orientis Domni *Andronici Ducas*, qui per ſanctum & angelicum magnum habitum,

a Irenes Sebaſtocratoriſſa uxor Andronici Sebaſtocratoris.

b Hæc Irenes uxor erat Iſaacii.

c Αὐθέντου. Dignitas primariis tantùm viris & feminis tribuebatur.

d Πρωτοπρόεδρος, erat primus Præſes, de quo Codinus de Officiis Conſtantinop & Eruditiſſ. Cangius.

e Πρωτοβεστιάριος, primus Veſtiarius, ſeu Princeps Veſtiarii, de quo Codinus de Officiis Conſtant & ſæpius laudatum Cangii Gloſſarium Græcum.

f Δοὺξ τῶν σχολῶν Scholæ erant turmæ militares, quarum Præfectus, δοὺξ τῶν σχολῶν, & apud Theophanem, κόμης τῶν σχολῶν, alibi: δομεστικὸς τῶν σχολῶν vocatur.

g τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγγελικῷ μεγάλῳ σχήματι. Moris fuiſſe Principibus & Magnatibus Aulæ Conſtantinopolitanæ utriuſque ſexus, ut monaſticum magnum habitum in hora mortis induerent, & nomen mutarent, patet cùm ex his locis, tum ex Menæis Græcorum, ubi ad decimam tertiam Auguſti de Irene Imperatrice dicitur: διὰ τοῦ ἁγίου, καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθεῖσα Ξένη. Neque enim exiſtimo, tot Imperialis Familiæ viros & mulieres, quot hîc habitu monaſtico induti memorantur, monachos vel moniales in vita ſua fuiſſe.

cognominatus eſt Domnus *Antonius:* & dentur ad oſtium panes modiorum quinque, & numi nomiſmatum aſperorum ſex. Fiatque amplum luminare, & diſcretio Monialibus.

Menſe Novembri 21. fiant commemorationes ſanctificatæ Authentriæ & matris Majeſtatis meæ Domnæ *Mariæ*, quæ per ſanctum & angelicum magnum habitum cognominata eſt Domna *Xene*, ſimili modo.

Menſe Julio 12. fiant commemorationes beatæ memoriæ Domni *Joannis*, & dilecti ſoceri Imperatoriæ meæ Majeſtatis, ſimili modo.

Menſe Novembri 1. fiant commemorationes ſanctificatæ Dominæ meæ, & ſocrûs Majeſtatis meæ, pari modo.

Menſe Januario 9. fiant commemorationes dilecti fratris Majeſtatis meæ, & Protoſtratoris Domni *Michaëlis Ducas:* fiatque amplum luminare, & diſcretio Monialibus.

Menſe Februario 20. fiant commemorationes dilectæ ſororis Majeſtatis meæ, admodum venerandæ & honorandæ Domnæ *Theodoræ*,

μεγάλῳ σχήματι κυροῦ Ἀντωνίου· καὶ διδόσθω ἐν τῷ πυλῶνι ψωμία μοδίων πέντε, καὶ νουμμία νομισμάτων τραχέων ἕξ. γινέσθω καὶ φωταψία δαψιλὴς, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς.

Μηνὶ Νοεμβρίῳ κα. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς ἡγιασμένης αὐθεντρίας, καὶ μητρὸς τῆς βασιλείας μου κυρᾶς Μαρίας, τῆς διὰ τοῦ ἁγίου καὶ ἀγγελικοῦ μεγάλου σχήματος μετονομασθείσης κυρᾶς Ξένης, ὁμοίως.

Μηνὶ Ἰουλίῳ ιβ. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ μακαρίτου κυροῦ Ἰωάννου, καὶ περιποθήτου πενθεροῦ τῆς βασιλείας μου, ὁμοίως.

Μηνὶ Νοεμβρίῳ α. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς ἡγιασμένης μου δεσποίνης, καὶ [a] πενθερᾶς τῆς βασιλείας μου, ὁμοίως.

Μηνὶ Ἰαννουαρίῳ θ. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου αὐταδέλφου τῆς βασιλείας μου, καὶ [b] πρωτοστράτορος κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα· καὶ γινέσθω φωταψία δαψιλὴς, καὶ διάκρισις εἰς τὰς μοναχάς.

Μηνὶ Φεβρουαρίῳ κ. τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου αὐταδέλφης τῆς βασιλείας μου, τῆς πανεντίμου παντίμου κυρᾶς Θεο-

a Hæc erat Anna Dalaſſena, Ducænæ Familiæ infenſiſſima. Alexiad. lib. 3.

b πρωτοστράτορος. Stratorum erat equum fræno tenere, & conſcendenti Magiſtratui opem ferre. Horum princeps erat πρωτοστράτωρ, qui etiam exercitus plures duxiſſe legitur. Goar. in Notis ad Codinum.

διώρας τοῦ διὰ τοῦ ἁγίου καὶ ἀγγελικοῦ μεγάλου σχήματος μετονομασθείσης κυρᾶς Εἰρήνης· καὶ γινέσθω ὁμοίως.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τοῦ περιποθήτου αὐταδέλφου τῆς βασιλείας μου τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα, τοῦ διὰ τοῦ ἁγίου καὶ ἀγγελικοῦ μεγάλου σχήματος μετονομασθέντος κυροῦ Ἀντωνίου, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ· καὶ γινέσθω ὁμοίως.

Τελείσθωσαν τὰ μνημόσυνα τῆς περιποθήτου αὐταδέλφης τῆς βασιλείας μου, τῆς πανσεβάστου σεβαστῆς κυρᾶς Ἄννης τῆς Δουκαίνης, καθ' ἣν ἂν ἡμέραν ἐκδημήσῃ πρὸς κύριον· καὶ γινέσθω ὁμοίως.

Οἱ παῖδες ἡμῶν, ὅτε πρὸς κύριον ἐκδημήσουσιν, ἐγγραφήσονται ἐν τοῖς τῶν προαπελθόντων διπτύχοις, καὶ τὰ μνημόσυνα πάντων ἔσονται τελούμενα, καθὼς ἀνωτέρω προείρηται. εἰ δ' ἴσως τινὲς αὐτῶν καὶ ἀφιερώσουσι τῇ μονῇ ἢ κινητὰ ἀξιόλογα, ἢ ἀκίνητα, ὀφείλουσι τελεῖσθαι καὶ τὰ τούτων μνημόσυνα, κατὰ τὴν ἐκείνων διάταξιν.

quæ per ſanctum & angelicum magnum habitum cognominata eſt Domna *Irene*; & fiat ſimiliter.

Fiant commemorationes dilecti fratris Imperii mei, Panſebaſti Sebaſti Domni *Joannis Ducas*, qui per ſanctum & angelicum magnum habitum cognominatus eſt Domnus *Antonius*, qua die obierit; & fiat ſimiliter.

Fiant commemorationes dilectæ ſororis Majeſtatis meæ, Panſebaſtæ Sebaſtæ Domnæ *Annæ Ducenæ*, qua die ad Dominum emigraverit; & fiat ſimiliter.

Cùm filii noſtri ad Dominum migrabunt, inſcribentur in diptychis eorum qui priùs deceſſere, & omnium commemorationes perſolventur, ut ſuperiùs dictum eſt. Quòd ſi fortaſſe quidam eorum ſive mobilia quædam magni pretii, ſive immobilia Monaſterio conſecraverint, commemorationes illorum fieri debent, ut ipſi ſtatuerint.

Digitized by Google

CAPUT LXXII.

De lavipedio quod in ſancta & magna feria quinta fieri debet.

IN ſancta & magna feria quinta lotio pedum fieri debet à reverendiſſima Præfecta, in Eccleſiæ veſtibulo, ubi repræſentatum eſt Salvatoris lavipedium, cum Officio quod in Synaxario continetur, & ſecundùm formam in eo deſcriptam.

Divina quoque Illuminatio in feſto ejus ubique terrarum celebrato, in eodem rurſum veſtibulo fiet, in quo poſita eſt phiala, æneis polycandelis, ſive multiplicibus lampadibus in ea ſuſpenſis, quæ omnes accendentur. Eodem modo Eccleſiæ polycandela tum accendenda, candelabris duobus hinc & inde ad latera phialæ poſitis cum facibus.

ΚΕΦ. ΟΒ.

Περὶ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι νιπτῆρος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ.

ΤΗ μέν τοι ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ ὀφείλει γίνεσθαι παρὰ τῆς τιμιωτάτης καθηγουμένης ὁ νιπτὴρ, ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας προνάῳ, ἔνθα εἰκόνισται καὶ ὁ τοῦ σωτῆρος νιπτὴρ κατὰ τὴν ἐμπεριεχομένην τῷ συναξαρίῳ ἀκολουθίαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ τύπον.

Καὶ τὸ θεῖον δὲ φώτισμα κατὰ τὴν παγκόσμιον τούτου ἑορτὴν, ἐν τῷ αὐτῷ αὖθις ἄρθηκι ἔσται τελούμενον, ἐν ᾧ καὶ ἡ φιάλη ἵσταται, τῶν χαλκῶν πολυκανδήλων ἐν αὐτῇ κρεμαμένων, καὶ τὴν ἄναψιν ὁλόφωτον δεχομένων. καθὰ δὴ καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πολυκάνδηλα ἅπτεσθαι τηνικαῦτα ὀφείλουσι, μανουαλίων τε ἱσταμένων δύο ἔνθεν κἀκεῖθεν τῆς φιάλης μετὰ λαμπάδων.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΟΓ.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι μετασχηματισμοὺς ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς μονῆς.

Ἐπεὶ δὲ ἡ περὶ ἐμὲ ἀνεξίκακος τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία καὶ τοῦτο εὐδόκησε, καὶ περιοῦσα εἰσέτι ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ τὰς πάσας τοῦ μοναστηρίου οἰκοδομὰς ἀπήρτισα, μετασκευάσασα καὶ αὐτὸν τὸν ἐν τούτῳ θεῖον ναὸν, προσεπισκευάσασα δὲ καὶ ἄρθηκα περικαλλῆ, καὶ ἐξωάρθηκα προσθεμένη διὰ καρικοξύλου, καὶ τὸ μοναστήριον ἅπαν εἰς τὸ ἐμοὶ δοκοῦν σχῆμα, καὶ τὴν κατάστασιν περιεστησάμην τοῦτο· θέλω καὶ βούλομαι ἵνα ὡς παρ' ἐμοῦ κατεσκευάσθησαν τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, οὕτω μένωσι, καὶ ἀμετάποιητα διατηρῶνται, καὶ ἀναλλοίωτα. κἂν ὑπὸ τοῦ χρόνου δὲ εἰς φθορὰν συνελαθῶσί τινα, εἴτε μικρὰν, εἴτε καὶ μείζονα· εἴτε καί τινι τῶν τυχηρῶν συμπτωμάτων μείωσιν πάθωσι, πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ σὺν Θεῷ ἐπανορθῶνται σχῆμα, μελλήσεως ἄνευ πάσης, καὶ ἀναβολῆς· καὶ μηδέποτε κατά τινα τρόπον ἀλλοίωσιν δέξωνται· εἴτε κρείττονος καταστάσεως χάριν, ἢ ἄλλης ὁποιασοῦν αἰτίας. οὐ γὰρ μετασχηματισμόν τινα ἐν αὐτοῖς θέλω γίνεσθαι, οὔτε μὴν τῆς νῦν

CAPUT LXXIII.

Quòd in ædificiis Monaſterii mutationes fieri non debeant.

Quandoquidem clementi Dei erga me benignitati & hoc libuit, ut in præſenti adhuc vita degens Monaſterii ædificia omnia perfecerim, divinum ejus Templum in aliam formam traduxerim, arthecem ſeu veſtibulum pulcherrimum adornaverim, exoarthecem ſive exterius veſtibulum ex caricæ ligno addiderim, & Monaſterium totum in quam volui formam & ſtatum diſpoſuerim: volo & ſtatuo, ut ſicut à me omnia in ipſo adornata ſunt, ſic permaneant, immutataque ac invariata ſerventur. Et ſi à tempore in jacturam aliquam, ſive parvam, ſive majorem, deducantur, vel fortuito quopiam caſu imminutionem patiantur, rurſus Deo juvante, in eamdem formam abſque ulla mora vel cunctatione reſtituantur; & nunquam quoquomodo immutentur, ſive melioris ſtatus ergò, ſive ob aliam quamlibet cauſam. Nullam enim mutationem in ipſa induci volo, neque alium ſtatum

Digitized by Google

præſenti meliorem, ſed neque aliud oſtium aut portulam, aut ſummatim locum quempiam ingreſſus in Monaſterium ex alia parte de novo aperiri, præter eum qui hodie juſſu Majeſtatis meæ factus extat.

Cùm autem pone Dormitorium Monacharum, ſive commune earum cubiculum, murum enchoregum mea Majeſtas exſtruxerit, locum ipſis recreationis & conſolationis per illum diſterminans; nolo ut in hujuſmodi muro porta umquam aperiatur, aut portula, ſive quævis janua, aut feneſtra, ſeu feneſtella, aut aliud quodlibet foramen. Sed ſi quando in hoc muro jactura ſive ruina quælibet contigerit, quod lapſum eſt rurſus per enchoregum in integrum reſtituatur, & quod læſum eſt, ad priorem citò redeat formam.

Summamque curam gerere debet reverendiſſima Præfe-

καταστάσεως ἄλλην βελτίονα τούτων, ἀλλ' οὐδὲ πυλαῖνα ἕτερον ἢ παραπόρτιον· ἢ ἁπλῶς εἰσόδου χώραν τινὰ πρὸς τὴν μονὴν ἀφ' ἑτέρου τόπου καινισθῆναι, παρὰ τὴν σήμερον προστάξει τῆς βασιλείας μου γεγονυῖαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὄπισθεν τοῦ κοιμητηρίου τῶν μοναζουσῶν, ἤγουν τοῦ κοινοῦ κοιτωνίσκου αὐτῶν, [a] τοῖχον ἐγχόρηγον ἡ βασιλεία μου ᾠκοδόμηκε τόπον ἀναπαύσεως καὶ παρηγορίας αὐταῖς ἀφορίζουσα διὰ τούτου, οὐδὲ ἐν τῷ τοιούτῳ τοίχῳ βούλομαι ὅλως ἀνοιγῆναι πόρταν ποτὲ, ἢ παραπόρτιον, εἴτε θύραν τὴν οἱανοῦν, ἢ θυρίδα, εἴτε τοξικήν· εἴτε μικρὰν ὀπὴν οἱανδήτινα. ἀλλὰ κἂν ποτε συμβῇ τῷ τοιούτῳ τοίχῳ μείωσις, εἴτε σύμπτωμα τὸ οἱονοῦν, πάλιν δι' ἐγχορήγου ἐπανορθοῦσθαι τὸ καταπεπτωκὸς, καὶ τὸ φθαρὲν εἰς τὸ πρότερον ταχέως ἐπανέρχεσθαι σχῆμα.

Δεῖ δὲ πᾶσαν ἐπιμέλειαν τὴν τιμιωτάτην καθηγουμένην ἔχειν

a τοῖχον ἐγχόρηγον. Hæc vox ἐγχόρηγος, hîc adjectivè, paulò infrà ſubſtantivè uſurpatur. De illa fusè diſputarunt plures eruditi Viri, fuſiùs doctiſſimus Cangius in Gloſſario Græco. Omiſſis autem variis ea de re ſententiis, meam breviter expromam: exiſtimo vocem ἐγχόρηγον cùm ſubſtantivè, tum adjectivè, ſemper indicare materiam aliquam conſtruendis muris idoneam; & primò quidem in hoc Capite id planum videtur: nam ubi Irene dixiſſet ſe murum ἐγχόρηγον (*adjectivè*) extruxiſſe, jubet, ut ſi in illo muro ruina contigerit, reſtauretur δι' ἐγχορήγου (*ſubſtantivè*) id eſt, eâdem materiâ quâ prius extructus fuerat, quæ ἐγχόρηγον vocabatur: præpoſitione enim διὰ denotari ſolet materia ex qua. Sic Alexiadis l. 3. λιμὴν δι' ἐγχορήγου, καὶ μαρμάρων πάλαι τῶν χερσίων ᾠκοδόμητο. Certè omnia loca in laudato Gloſſario allata, de materia congruè intelligi poſſunt, ut conſideranti patebit. Ceterùm, ut certum omnino non eſt quænam materia ſit ἐγχόρηγον, plura tamen de illa diſputat laudatus Cangius in Notis ad Alexiadem, & in Gloſſario Græco.

Digitized by Google

εἴς τε τὴν τῆς ὅλης μονῆς περιποίησιν, καὶ ἀνακαίνισιν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ πάντων βελτίωσιν, καὶ φιλοκαλίαν, καὶ τὴν ἀνακεράμωσιν· πρὸ δὲ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ μηδὲ τοῦ σμικροτάτου καταφρονεῖν· ἀλλὰ κἂν ἄχρι ἑνὸς ὑέλου ἡ μείωσις γένηται, παρευθὺ τὸν τοῦ λείψαντος τόπον ἀναπληροῦσθαι δι' ἑτέρου, τὴν δέγε ἀνακεράμωσιν τοῦ ὅλου μοναστηρίου, μετὰ πάσης ἐπιμελείας γίνεσθαι διορίζομαι.

cta, totius Monaſterii conſervationis, & renovationis, ejuſque in meliorem & pulchriorem ſtatum progreſſûs, necnon tectorum reſtaurationis : ante omnia verò & ſuper omnia, ſanctæ Dei Eccleſiæ, cujus ne minimam quidem rem negligat; ſed etiamſi exigui unius vitri jactura fiat, deficientis locus per aliud ſtatim repleatur. Reſtaurationem verò tectorum univerſi Monaſterii cum omni ſollicitudine fieri ſtatuo.

ΚΕΦ. ΟΔ.

Περὶ τοῦ ἀκατόπτευτον διαμένειν πάντη τὴν μονήν.

Καὶ τοῦτο μὲν τῶν προδιηγορευμένων τινὸς οὐκ ἔλαττον τῇ βασιλείᾳ μου ἔδοξεν· ἀλλὰ τῶν εἰς τὰ μάλιστα ἀναγκαίων, καὶ οὐ τῆς τυχούσης ἐπισκέψεως καὶ φροντίδος ἄξιον· ἐπειδὴ γὰρ πάντη τε καὶ πανταχόθεν ἀκατόπτευτον τὸ τῶν μοναζουσῶν ἐνδιαίτημα ἅπαν τὸ τῇ ἀσκήσει αὐτῶν παρὰ τῆς βασιλείας μου ἀφωρισμένον, διατηρεῖσθαι βούλομαι σὺν Θεῷ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· εἰ γὰρ καὶ ἀποδέδεικται τοῖς βουλομένοις νοεῖν ὀρθῶς, ἀπὸ τῶν γραφέντων ἤδη περιλήψεως, καὶ δυνάμεως· ὡς τὸ καινισθῆναι κατοπτείαν ἐν τούτῳ τινὰ

CAPUT LXXIV.

Quòd Monaſterium externorum oculis nullatenus patere debeat.

ID non minoris momenti quàm quidlibet ex ſuprà memoratis Majeſtati meæ viſum eſt, imò inter maximè neceſſaria, & non modica obſervatione & cura dignum. Quandoquidem enim omnino & undique inaſpectam omnem Monialium habitationem, ab Imperio meo pro exercitiis earum aſſignatam, omni tempore, Deo favente, conſervari volo; (nam licèt rectè intelligere volenti ex jam ſcriptorum contextu & vi demonſtratum ſit, à propoſito Majeſtatis meæ valde

Digitized by Google

abhorrere & alienum eſſe, ut quidam in illum introſpiciendi locus de novo detur; putavi tamen hanc in illo innovationem expreſsè & ſpeciatim prohibendam eſſe.) Ideo vetat Imperatoria mea Majeſtas, & omnino prohibet, per hoc meum de illa re decretum, ne qualiſcumque proſpectus in aliquid intra ambitum converſationi Monacharum aſſignatum umquam fiat, vel in aulam earum ſive interiorem, ſive exteriorem, aut in ſeptum: undecumque, ſive ex deſpoticis domibus, ſive ex aliis; ſive ex exteriori earum aula, ſive ex interiori; ſeu ex ſententia cujuſpiam ex Monaſterii Patronis, ſeu alio quovis modo. Et numquam in ſumma cuiquam licebit, quacumque de cauſa, licèt ea legitima fortè viſa fuerit, proſpectum quempiam in Monaſterium de novo efficere, ſive per quoddam ſolarium, aut ſummitatem; ſive per januam vel oſtiolum vel feneſtram, aut modicum quodvis foramen.

τὸ ἠδυνήθησαν εἰσπηδῆσαι εἰς τὰ τοῦ μεγάλου τεμένους τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας προαύλια. κἀκεῖθεν ἄνετοι εἰσῆλθον ἐν τῇ πρὸ τῶν τοῦ νεὼ πυλώνων * στοᾷ· ἐν ᾧ πρὸς * σκάμνον ἀνιόντες τὴν τοῦ ἱεροφάντου Γερμανοῦ περιεμένον εἴσοδον. πολλῶν γὰρ ὡς ἀληθῶς τῶν ἐπαίνων εἰς αὐτὸν γεγονότων, ἐφείλκυεν πάντας τὸ καὶ μόνον ὀφθαλμοῖς θεωρηθῆναι. εἶτα τοῦ ἀρχιερέως ἐκείνου τὴν εἴσοδον ποιουμένου, θεόθεν ἡ κινηθεῖσα (ὡς μεθ᾽ ὅρκων ἐπιστώσατο τοῖς * ἐμὲ ἀπαγγείλασιν) τοῦτον ἑώρα ὡσεὶ φλόγα πυρὸς, καὶ παρ᾽ αὐτὰ ἐξεβόησεν· εὐλόγησον, πανάγιε, τὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ υἱόν μου. τοῦ δὲ λαμπτῆρος τὸ ὄμμα περιστρέψαντος ἠρέμα πως, καὶ τὴν γυναῖκα ἐνοπτευσαμένου, τῷ ἐμπύρῳ τοῦ θείου πνεύματος κινηθεὶς ὁ μυστιπόλος, εἶπεν· τὸν τῆς κοιλίας σου καρπὸν κατὰ τὴν πίστιν σου, γύναι, εὐλογήσειεν κύριος τῆς τε Θεοτόκου καὶ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου πρεσβείαις. ὄντως ἀγαθῆς πίστεως ἀγαθωτέρα καὶ ἡ ἀντάμειψις. ὡς γὰρ ἡ Χαναναία ποτὲ γυνὴ ἤκουσε παρὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. οὕτως καὶ αὕτη παρὰ τοῦ ἐν αὐτῷ ὅλον τὸν Χριστὸν φοροῦντος θεσπεσίου πατρὸς ἔλαβεν, καὶ περισσότερον εἴληφεν τοῦ μέλλοντος γεννᾶσθαι τὸ ὄνομα.

* al. φλιᾶ.
* al. σκαμνίον.
* lege ἐμοὶ

in veſtibulum magni divinæ Sapientiæ templi pervenire potuit. Inde illi facilè ingreſſi ſunt in porticum, qui ante templi atria ſitus eſt: illicque conſcenſo ſcamno, Sacerdotis Germani introitum expectabant. Siquidem tot & tantæ revera erant illius laudes, ut vel ſolum ejus videndi deſiderium cunctos alliceret. Pontifice poſtea ingrediente, divinitus excitata mulier, (ut jurejurando his, qui id mihi nuntiarunt, aſſeveravit) eum inſtar flammæ ignis intuita eſt, ſtatimque exclamavit: Benedic, ſanctiſſime, filio quem in viſceribus gero. Ille verò totus fulgidus, vultu leniter converſo, oculos in mulierem conjecit, ac igne Sancti Spiritus permotus ait: Tui ventris fructui, ô mulier, ſecundùm fidem tuam benedicat Dominus, Deiparæ & Protomartyris Stephani interceſſionibus. O bonæ fidei melior verè compenſatio! Nempe ut olim mulier Chananæa à Servatore Chriſto audivit: *O mulier, magna* Mat. 15. 28. *eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis;* ita & hæc à divino illo Patre, qui totum Chriſtum in ſe gerebat, præter id quod petiit, naſcituri quoque nomen accepit.

Digitized by Google

Conſuetis autem ſacris officiis peractis, cùm omnes divinorum & puriſſimorum myſteriorum Chriſti participes facti, & in pace profecti domum rediiſſent; poſt aliquot dies Dei verè amantiſſima nova illa Anna completo tempore novum in ſpiritu Samuel peperit. Statim autem ac natus eſt, Protomartyris Stephani nomen illi dederunt, juxta prædictionem venerandi Patris noſtri Germani. Octo verò dierum ſpatio quaſi intermedio præterito, puer in templum Dei adductus eſt, ibique præfinitam appellationem accepit. Similiter die quadrageſima illum propriis manibus geſtans mater, (ut olim celeberrima Anna ſacrum ab infante Samuelem) auguſtum Deiparæ Blachernenſe templum unà cum viro ſuo petiit, ubi nempe facta oratione petitionem obtinuerat. Illic ergo ſtans rurſus coram divina illa imagine, lætis cum lacrymis gratias agens dicebat: » Gaude, ô caſtiſſima, quæ meam in prole maſcula procreanda ſterilitatem ſolviſti. Gaude, ô puriſſima, quæ meum mœrorem in gaudium convertiſti. Gaude, te quærentium ſalus promtiſſima. Ego quippe miſera te quærendo inveni, &

Τῆς δὲ συνήθους μυσταγωγίας τελεσθείσης, μεταλαβόντων ἁπάντων τῶν θείων καὶ ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ μετὰ τὴν ἐν εἰρήνῃ * πορεύσεως οἴκαδε ἁπάντων ἀναχωρησάντων, μεθ' ἡμέρας τινὰς ἡ θεοφιλεστάτη ὡς * ἐπάληθες αὕτη νέα Ἄννα τοῦ χρόνου συμπληρωθέντος γεννᾷ τὸν ἐν πνεύματι νέον Σαμουήλ. τὸ δὲ γεννηθῆναι τοῦτον παρευθὺ τῇ τοῦ πρωτομάρτυρος κλήσει Στέφανον τοῦτον * ὠνόμασαν, κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ σεβασμίου πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ. τῆς δὲ ὀκταημέρου ὡς ἐν μέσῳ παραδραμούσης, καὶ τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ προσενεχθέντος τοῦ βρέφους, τὴν προωρισμένην εἰλήφει κλῆσιν. ὁμοίως καὶ τῇ τεσσαρακοστῇ ἰδίαις αὐτὸν χερσὶν ἡ μήτηρ * βαστάξασα, καθάπερ ἡ πολυθρύλλητος Ἄννα τὸν ἐκ βρέφους ἱερὸν Σαμουήλ, τὸν τῆς Θεοτόκου σεβάσμιον ναὸν ἅμα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς ἐν Βλαχέρναις κατέλαβεν, ἐν ᾧ καὶ τὴν προσευχὴν ποιήσασα, τὴν αἴτησιν ἔλαβεν· καὶ παρὰ τῆς θείας ἐκείνης παρισταμένη εἰκόνος πάλιν, χαρμονικοῖς δάκρυσιν εὐχαριστοῦσα ἔλεγεν· « χαίροις, πανάγνε, ἡ τὴν ἀρρενοτόκου μου παιδοποιΐας τὴν στείρωσιν λύσασα· χαίροις, παναχράντε, ἡ τὴν ἐμὴν ἀθυμίαν μεταστρέψασα εἰς χαράν. χαίροις ταχίστη σωτηρία τῶν σε ζητούντων. ἐγὼ γὰρ ἡ τάλαινα ζητήσασα, εὗρον σε, καὶ τε

* al. [illegible]

* al. ἐπ' ἀληθείας.

* al. [illegible]

* al. [illegible]

Digitized by Google

» εὐαρεστότερον ἔλαβον, οὐ μόνον τέκ-
» νον, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ ὄνομα παρὰ
» τοῦ σοῦ λάτρου καὶ νῦν ἡμετέρου ποι-
» μένος. ἐκτείνασα δὲ τὰς χεῖρας
πρὸς τὸ ἄναντες, καὶ τοῖς ποσὶ τῆς
ἁγίας ἐκείνης εἰκόνος * τὸ βρέφος
προσκυνητικῶς * ἐνείρασα, αὖ-
» θις ἐβόα· * δέχοιο, ὦ δέσποινα,
» τῆς μητρικῆς σου πρεσβείας τὸ βλά-
» στημα· δέχοιο, ἀντιφωνήτρια, τὸ
» πρὸ συλλήψεώς σοι * ταχθέντα
» μοι παῖδα· δέχοιο, δανείτρια, τῶν
» χρεωστῶν τὸ δάνειον. τοῦ δὲ θεοφι-
λοῦς ἀνδρὸς αὐτῆς ἐπὶ τῇ ἐγχρο-
νίᾳ τῆς εὐχῆς καὶ τῇ τῶν δακρύων
ἐκχύσει τῆς γυναικὸς ἐνεοῦ γενομένου
καὶ καταπλήκτου ἐξισταμένου, αὐτὴ
τῆς χειρὸς αὐτοῦ δραξαμένη, δακ-
τυλοδεικτοῦσά τε πρὸς τὸν θεῖον χα-
» ρακτῆρα, ἔφησεν· αὕτη μοι γλυ-
» κύτατε ἄνερ, ἐγγυητὴς, προστάτις
» καὶ βοηθὸς τῆς τοῦ Στεφάνου γεννή-
» σεως. καὶ κλίναντες ἀμφότεροι τὰς
κεφαλὰς, καὶ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο προσ-
κυνήσαντες ἔδαφος, τὴν πάντων τῶν
Χριστιανῶν ἐγγυήτριαν καὶ προστάτι-
δα εὐχαριστήσαντες οἴκαδε ᾤχον-
το. οὕτως προέδειξεν ἡ γενναία μή-
τηρ προφητικῶς διὰ τῆς εὐχαριστίας
τὸν εἰς ὕστερον μέλλοντα ὑπὲρ τῆς τοῦ
Χριστοῦ εἰκόνος καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς
μαρτυρεῖν, ὡς μετέπειτα γνωσθή-
σεται.

Τῆς δὲ ἁγίας καὶ ζωηφόρου τοῦ
σωτῆρος ἀναστάσεως καταλαβού-
σης, τὸ ἐκ βρέφους ἱερὸν * ἀερ-

* Unus hîc interſerit ἐνατενίσασα.
* Idem hîc habet, ἐπιστρέψασα, καὶ αὖθις ἐβόα.
* al. δέχου
* τεχθέντα.
* Unus addit ... ζαμένη

ultra quàm petebam ſum con- «
ſecuta. Non enim filium tan- «
tùm, ſed etiam ejuſdem no- «
men à tuo cultore & noſtro «
nunc paſtore accepi. Exten- «
ſis autem ſurſum manibus,
& ad ſanctæ illius imaginis
pedes infante in modum ado-
rantis aptato, iterum clama-
bat: Accipe, ô Domina, tuæ «
maternæ interceſſionis ger- «
men. Accipe, ô tu quæ pre- «
cibus meis reſpondiſti, tibi «
ante conceptionem deſtina- «
tum à me filium. Accipe, «
ô fœneratrix, debitorum fœ- «
nus. Religioſo autem viro «
diuturna uxoris oratione &
lacrymarum effuſione, velut
muto facto & obſtupefacto,
hæc manu illius apprehenſa,
divinamque imaginem digi-
to monſtrans: Ipſa, inquit, «
vir dulciſſime, illa eſt ſpon- «
ſor, patrona & adjutrix Ste- «
phani partûs. Tum ambo in- «
clinatis capitibus ſanctum il-
lud ſolum adorarunt, & gra-
tiis actis omnium Chriſtia-
norum Sponſori & Patronæ,
domum abierunt. Profectò
generoſa mater ſuâ illâ gra-
tiarum actione propheticè
prænuntiavit futurum eſſe,
ut ille pro Chriſti & matris
ejus imagine martyrium ali-
quando ſubiret, uti poſtea pa-
lam fiet.

Sancta autem & vivifica
Salvatoris reſurrectione ad-
veniente, parentes ſacrum ab

Digitized by Google

incunabulis puerum in* Photiſterium ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ veſpere Sancti Sabbati tulerè, quem cùm ad regenerationis lavacrum obtuliſſent, eum Germanus beatiſſimum luminare in nomen vivificæ Trinitatis baptizavit. Poſt divini verò unguenti unctionem, deiferi Paſtoris pedibus procidens » mater clamabat: Preces, re» verende Pater, pro illo fun» de, cujus nomen, dum adhuc » in utero geſtabatur, indicaſti. Verùm reverendus Germanus non exiſtimans aliis precibus poſt unguenti unctionem opus eſſe; altera manu, genitoris caput tenens, altera infantem digito oſtendens, di» xit: Deus qui *illuminat om» nem hominem venientem in hunc » mundum*, hunc puerum ſimi» lem moribus illi reddat, cu» jus nomen accepit. Et ita cum benedictione domum reverterunt.

* id eſt, Baptiſterium.

Joan. 1, 9.

Hæc ſunt deiferi Patris noſtri Stephani primordia. Hæ ſunt veræ & perjucundæ ejus conceptionis, nativitatis, appellationis & illuſtrationis, ſive Baptiſmi narrationes. Jam verò præclara facinora, quæ Deo dante poſtea edidit, aggrediatur oratio. Si enim tam eximia ſunt atria, multò magis interiora. Siquidem poſtquam huncce Sanctum ſpiritali puerperio, noſtrûm omnium mater veneranda piſ-

μένοι οἱ γεννήτορες, τὸ φωτιστήριον τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας κατέλαβον τῇ τοῦ ἁγίου σαββάτου ὀψίᾳ, καὶ τὸν ἱερὸν νεανίαν προσφέρουσι πρὸς τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας· καὶ βαπτίζεται εἰς τὸ τῆς ζωαρχικῆς τριάδος ὄνομα παρ' αὐτοῦ τοῦ παμμάκαρος φωστῆρος Γερμανοῦ. μετὰ δὲ τὴν τοῦ θείου μύρου χρίσιν, τοῖς τοῦ θεοφόρου ἀρχιποίμενος ποσὶν ἡ μήτηρ αὐτοῦ προσπεσοῦσα, εὖξαι, ἐβόα, τίμιε πάτερ, ὅνπερ « ἀπὸ νηδύος τὴν κλῆσιν ἐγνώρισας. ὁ « δὲ τίμιος Γερμανὸς μὴ ἦξας ὑπερθεν τῆς τοῦ μύρου χρίσεως ἄλλην εὐχὴν ποιήσασθαι, τὴν κάραν τοῦ γεννήτορος τῇ μιᾷ χειρὶ κατασχὼν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ἐπὶ τὸ βρέφος δακτυλοδεικτῶν, εἶπεν· ὁ φωτίζων « πάντα ἄνθρωπον εἰς τὸν κόσμον ἐρ- « χόμενον Θεὸς, ὁμοιότροπον ἀνα- « δείξειεν τὸν παῖδα τοῦτον, οὗπερ εἴ- « ληφε καὶ τὸ ὄνομα. καὶ οὕτω μετ' « εὐλογίας οἴκαδε ἐπορεύθησαν.

Τοιαῦτα τὰ τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Στεφάνου προπύλαια. ταῦτα αὐτοῦ τὰ περὶ συλλήψεως, γεννήσεως, κλήσεώς τε καὶ φωτισμοῦ πάντερπνα καὶ ἀληθινὰ διηγήματα. ἀρχέσθω δὲ καὶ τῶν μετέπειτα αὐτοῦ θεοπρεπῶν κατορθωμάτων ὁ λόγος. εἰ γὰρ τὰ προαύλια τοιαῦτα· πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐνδότερα. τοῦτον γὰρ τὸν ὅσιον πνευματικῇ λοχείᾳ ἀναγεννήσασα ἡ πάντων ἡμῶν μήτηρ τιμία κολυμβήθρα, μυστικὸν

ὥσπερ

Digitized by Google

ὥσπερ ἔκ τινος θηλῆς ἐπότισε γάλα· κἀντεῦθεν οἷα στερεὰν τροφὴν τῶν θείων ἐννοιῶν τὴν γνῶσιν προέθηκεν, ἣν οἱ τὰ αἰσθητήρια πρὸς διάκρισιν ἔχοντες καλοῦ τε καὶ κακοῦ ἐσθίειν ἐτάχθησαν. αὕτη τοῦτον, ὡς ἔφαμεν, ἀνῆξεν μητρικῶς καὶ ἐθρέψατο, καὶ ταῖς θείαις μελέταις ἐπαγρυπνεῖν ἐξεπαίδευσεν. αὕτη τὸν τούτου καταλαμπρύνασα βίον, τὴν ψυχὴν ἐξωραΐσε καὶ πρὸς ὕψος ἀνήγαγεν. αὕτη τοῦτον Θεοῦ φίλον ἐποίησε, καὶ τῶν παρόντων περιορᾶν παρεσκεύασε· καὶ συνελόντα φάναι, αὕτη τοῦτον εἰς τόδε τὸ πᾶν ἐκ μὴ ὄντων ἐλθόντα ἐδέξατο· καὶ αὕτη τὸν ἐνθένδε μεταστάντα πάλιν ἐξένισεν· ἣ καὶ μάρτυς αὐτοῦ τῆς ἀριστείας ἀναμένει γενέσθαι, ὅταν πᾶσι κατ' ἀξίαν τὰς ἀμοιβὰς ὁ κρίτης ἀποδίδωσιν.

Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰς τούσδε νῦν τοὺς λόγους παρεξελθὼν, καὶ καταλείψας τὰ πρότερον λεχθῆναι ὀφείλοντα, ἧττον οὐδὲν πεπονθὼς τοῖς πρὸ τῶν θεμελίων τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας καταρτίσαι μηχανωμένοις. ἔνθεν λοιπὸν τοῦ λόγου τὴν νύσσαν αὖθις ἐπὶ τὰ πρόσω φέρω. οἱ μὲν οὖν γονεῖς τούτου τοῦ ἱερωτάτου παιδὸς κατανοήσαντες τοῦτον τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν ὑπερβάντα καὶ ἑξαετῆ ἐληλακότα χρόνον, ἤδη δὲ καὶ ὀφείλοντα τοῖς μαθήμασι λοιπὸν ἐνασχολεῖσθαι,

cina regeneravit, lac ei myſticum velut è quodam ubere propinavit, divinarumque cogitationum cognitionem tanquam ſolidum cibum deinde propoſuit, quâ veſci jubentur, qui ſenſus ad diſcretionem boni & mali conſecuti ſunt. Ipſa illum, uti diximus, inſtar matris educavit & aluit, rerumque divinarum meditationi invigilare edocuit. Ipſa ejus vitam ſplendidam efficiendo, pulcram reddidit ipſius animam: & ſurſum evexit. Ipſa illum Dei amicum & rerum præſentium contemtorem fecit; &, ut uno verbo abſolvam, ipſa illum è nihilo in hoc univerſum venientem excepit, & rurſus ipſa ex hiſce locis migrantem recepit, quæ etiam ſe ejus fortitudinis teſtem fore expectat, cùm omnibus digna pro meritis retributurus eſt Judex.

Verùm, dum in hos ſermones prolabor, & quæ priùs dicenda ſunt relinquo, meimet ipſe oblitus ſum, nihil minùs illis paſſus, qui ante fundamenta tectum domûs conſtruere moliuntur. Quapropter orationis curſum in anteriora deinceps refero. Itaque cùm parentes hujuſce ſacratiſſimi pueri illum pueritiæ tempus prætergreſſum eſſe, ſexque annorum ætatem attigiſſe, ac in diſciplinis occupari debere viderent; cum

Digitized by Google

ad ſacrarum litterarum præludia ediſcenda magiſtris tradunt. Ille verò cum aſſiduè ſtudiis tanquam deliciis delectaretur, omnes longè ſuperavit, non tantùm doctrinæ, ſed etiam omni virtuti operam navando. Nec enim deſtitit cum ſacra ſua matre ad vigilias in Sanctorum memoriis celebrari ſolitas noctu proficiſci. Ejuſmodi verò gratiam acceperat honorandus ille adoleſcens, ut tempore lectionis, quo ſedere mos eſt, ipſe ſtans ante ſacros cancellos, lectoremque attendens, ex ſola auditione idipſum quod legebatur diſceret, ac in ore verſaret, ſive martyrium, ſive vitam, ſive alicujus Patris ſermonem, præſertim melliflui Patris Chryſoſtomi. Siquidem aiebat ſe hujus ſermones vehementiùs expetere. Sic verè ab infante ſacer & celeberrimi Timothei contubernalis, communem magiſtrum ſequens, ſeque in omnibus cautè gerens, *quæ retro* Phil. 3. 13. *ſunt obliviſcens, & ad ea quæ ſunt priora extendens* ſeipſum, non ceſſabat, ut cum Davide loquar, meditari *die ac* Pſal. 1. 2. 3. *nocte in lege Domini, tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Noverat enim ſe non multò pòſt proprio tempore centeſimum

παραδιδόασιν αὐτὸν εἰς τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων μάθησιν προπαιδείας. τούτου δὲ τὸ καθ' ἑκάστην ἀδιαλείπτως τοῖς μαθήμασιν ἐντρυφῶντος, ὑπερηκόντισε * πάντας, οὐ μόνον τῶν μαθημάτων, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀρετῆς ἐπιμελούμενος. καὶ γὰρ οὐ διέλειπεν ἅμα τῇ ἱερᾷ αὐτοῦ μητρὶ νυκτοπορεῖν πρὸς τὰς συνήθεις ἀγρυπνίας γινομένας ἐν τῶν ἁγίων μνήμαις. χάριν δὲ τοιάνδε εἰλήφει ὁ τίμιος οὗτος νεανίας, ὥστε ἐν καιρῷ τῶν καθισμάτων τῆς ἀναγνώσεως τελουμένης, περὶ τῆς ἱερᾶς κιγκλίδος ἱστάμενος, καὶ τῇ ἀναγνώσει προσέχων, ἐκ μόνης ἀκροάσεως μανθάνειν αὐτὸν τὸ ἀναγινωσκόμενον, καὶ ἐπὶ στόματος φέρειν, εἴτε μαρτύριον, εἴτε βίον, εἴτε καὶ πατρός τινος διδασκαλίαν, μάλιστα δὲ τοῦ μελισσαγοῦ Χρυσοστόμου πατρός. αὐτοῦ γὰρ ἔλεγεν πλειοτέρως ἐπιποθεῖν τὰς θείας διδασκαλίας. καὶ οὕτως ὁ κατὰ ἀλήθειαν ἐκ βρέφους ἱερὸς, καὶ τοῦ πανευφήμου Τιμοθέου σύσκηνος, τῷ κοινῷ διδασκάλῳ ἐξακολουθῶν καὶ νήφων ἐν πᾶσι, τῶν τε ὄπισθεν « ἐπιλανθανόμενος, καὶ τῶν ἔμπροσ- « θεν δὲ σημέραι ἐπεκτεινόμενος, οὐ « διέλειπεν, δαβιτικῶς εἰπεῖν, μελετῶν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν τῷ « νόμῳ κυρίου, ὡσεὶ ξύλον πεφυ- « τευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν « ὑδάτων. ᾔδει γὰρ ὅτι οὐ μετ' οὐ πο- « λὺ ἐν καιρῷ ἰδίῳ δώσει τοὺς καρ-

* Tres Codd. hîc ita habent: οὐ μόνον τὰ μαθήματα, ἀλλὰ καὶ πάσης, καὶ

ποις τῶν πόνων αὐτοῦ εἰς ἑκατόν. οὕτως ὁ τίμιος Στέφανος παιδευθεὶς τὴν ἀκροτάτην εὐσέβειαν, πολλοὺς ὁμηλίκων ὑπερηκόντισεν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῇ τῆς ψυχῆς φιλοθεΐᾳ καὶ φιλομαθίᾳ. ἦν γὰρ αὐτοῦ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τὸ πρόθυμον, ὥστε θαυμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τῶν τεκόντων καὶ λέγειν, ὅπερ ἀληθῶς εὐχῆς υἱός ἐστιν οὗτος. ἐν τούτοις οὖν ὁ ἱερὸς νεανίας παιδεύεται καὶ διαπλάττεται πλάσιν τὴν ἀρίστην καὶ καθαρωτάτην, ἥνπερ, ὥς φησιν ὁ διαπρύσιος καὶ θεολογικώτατος νοῦς, ἡμερινὴν ὁ θεῖος Δαβὶδ καλῶς ὀνομάζει καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀντίθετον. ἐκμανθάνων δὲ τὰς θείας γραφὰς ἐπεπόθει ζηλωτὴς γενέσθαι τῶν θείων ἐκείνων ἀνδρῶν τῶν παρ' αὐταῖς ἐμφερομένων· καὶ τούτους μιμούμενος, οὐδ' ὅλως ἐποιεῖτο ποικίλης τροφῆς μνήμην, οὔτε κενῆς δόξης ἐφίετο, οὔτε τὸ στόμα αὐτοῦ ἀπὸ δοξολογίας ἤργει ποτέ.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῆς αὐτοῦ μαθήσεως, Λέων ὁ Συρογενής, ὁ νέος Δωὴκ καὶ Ἰδουμαῖος, ἐκ τῶν τῆς ἑῴας μερῶν, συσκευῇ ἀνταρτικῇ κατεπανίσταται Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ. ὅστις Θεοδόσιος Χριστιανοὺς πρὸς Χριστιανοὺς οὐκ ἄξιον εἶναι κρίνας πολεμεῖν, ἡσυχαστικωτάτην δίαιταν ἀναλαβών, τῆς ἐπιθυμίας καὶ τῆς ἀξίας ἀπολαύειν τὸν ἀσεβῆ πεποίηκε. καὶ εὐθέως ὁ τύ-

ſuorum laborum fructum daturum. Mat. 13. 8. Ita honorandus Stephanus ſummam pietatem eruditus, complures coævorum tum Dei amore, tum diſcendi ſtudio, brevi tempore multum ſuperavit. Siquidem ſupra ætatem erat illius ardor; ut etiam in admirationem rapti parentes dicerent eum verè filium orationis eſſe. In his ergo ſacer adoleſcens erudiebatur, & optima puriſſimaque inſtitutione informabatur, quam, ut ait * acutiſſima & valde theologica mens, diurnam divinus David præclarè vocat & nocturnæ adverſam. Dum autem ſacras Scripturas ediſcebat, divinorum virorum qui in eis exhibentur, æmulator eſſe cupiebat, quos quidem imitando, variorum ciborum ne meminerat quidem, neque vanam gloriam expetebat, neque unquam à divina laude os vacuum habebat.

* Gregorius Nazanzenus.

Eodem verò tempore, quo ſtudiis operam dabat, Leo è Syria oriundus, novus Doeg 1. Reg. 21. 7. & Idumæus, ex partibus Orientis, rebelli & tyrannico facinore in Theodoſium Imperatorem inſurrexit. Qui Theodoſius rem indignam eſſe ratus Chriſtianos cum Chriſtianis bello congredi; tranquilliſſimum vitæ genus amplexatus, cupiditate & dignitate frui impium permiſit. Mox ergo Tyran-

Digitized by Google

nus in Palatium, canis in ſancta, ſus in margaritas properavit. Verùm vulpis pellem induens, ſeſeque ſubdolè initio gerens, ob reverentiam erga magnum Præſulem Germanum, ſe pietatis cultorem fore promiſit. Poſt decimum verò ſui Imperii annum, novus ille Baltaſſar, Manichæam Dan. 5. hæreſim, & Aphthartodocitarum, ut ita loquar, fortè haud diſſimilem in Eccleſiam ſpiravit. Itaque ſubjecta ſibi plebe convocata, coram omnibus leoninùm rugiens inhumana hæc bellua, & Leonis nomine inſignis, ex iracundo corde, velut ex Ætna monte ignem & ſulphur, miſerandam illam vocem eructavit & protulit: » Quandoquidem imaginum fabricatio » ars eſt idolica, illas adorare » non oportet. Verùm cùm hujuſmodi voce plebs religioſa & orthodoxa conturbata ingemeret, perditus ille mox quod ſequebatur reticuit, & ſermonem in alienam ſententiam detorſit. Psal. 5. 11. Verè *ſepulcrum patens guttur* ejus, & paries dealbatus cor illius.

Cùm autem id reſciiſſet pietatis præco Germanus, ſeſe rebelli tyranni menti opponens, hæc ei mandat: Imperator » Chriſto Domino & » Salvatore noſtro Deo ex puriſſimo » ſanctæ Deiparæ ſanguine carne facto, & perfe-

ραννος εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ὁ κύων εἰς τὰ ἅγια, καὶ ὁ χοῖρος ἐπὶ τοὺς μαργαρείτας. ἀλώπεκος δὲ χρῶμα ἀναλαβὼν, καὶ ὑπούλως πως τὰ πρῶτα διεξηγηθὼν διὰ τὴν πρὸς τὸν μέγαν πρόεδρον Γερμανὸν αἰδῶ εὐσεβεῖν συνετάσσετο. μετὰ δὲ δέκατον χρόνον τῆς αὐτοῦ κατάρξεως, ὁ νέος οὗτος Βαλτάσαρ αἵρεσιν ἐμπνεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ Μανιχαϊκὴν, τάχα, ἵν' εἴπω τι, καὶ τῶν ἀφθαρτοδοκητῶν ἐφάμιλλον. καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαὸν ἐκκλησιάσας, μέσον πάντων λεοντοειδῶς βρύξας ὁ ἀνήμερος θὴρ καὶ λεοντώνυμος, ἐκ τῆς ὀργίλου αὐτοῦ καρδίας ὡς ἐξ ὄρους Αἰτναίου πῦρ καὶ * θέαφον ἠρεύξατο τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην φωνὴν, καὶ εἶπεν· εἰδωλικῆς τεχνουργίας « ὑπαρχούσης τῆς τῶν εἰκόνων ἀνα- « τυπώσεως, οὐ δεῖ ταύτας προσ- « κυνεῖν. « τοῦ δὲ φιλοχρίστου καὶ ὀρθοδόξου λαοῦ * θορυβηθέντος ἅμα τῇ φωνῇ καὶ στενάξαντος, ὁ ἀλιτήριος παρευθὺ τὸ ἑξῆς ἐσιώπησε, καὶ πρὸς ἑτερογνωμίαν τὸν λόγον μετήγαγεν. ὄντως τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτοῦ, καὶ τοῖχος κεκονισμένος ἡ τούτου καρδία.

* Duo habent τέφρην, alii τέφραν.

* al. θρηνήσαντος.

Γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ τῆς εὐσεβείας κήρυξ Γερμανὸς, καὶ ἀντιστὰς τῇ ἀνταρτικῇ τοῦ τυράννου γνώμῃ, δηλοῖ πρὸς αὐτόν· βασιλεῦ, τοῦ δε- « σπότου Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν « Θεοῦ σαρκωθέντος ἐκ τῶν ἀχράν- « των αἱμάτων τῆς ἁγίας Θεοτόκου, «

» καὶ τελείου αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς ὀφθέντος καὶ περιγεγραπτοῦ, πᾶσα εἰδωλικὴ λατρεία ἐκποδὼν γέγονε, καὶ πᾶν ἄγαλμα εἰδωλικὸν τῷ πυρὶ καὶ τῷ σκότει παρεπέμφθη. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς συναναστροφῆς, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ κοσμοσώσου διδασκαλίας ἕως τῆς νυνὶ, ἔτη ἑπτακόσια τριάκοντα * ἕξ· καὶ οἱ ἀνὰ μέσον ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις παρελθόντες δίκαιοι πατέρες περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων τοιοῦτόν τι οὐκ ἐνενόησαν. ἐξαρχῆθεν γὰρ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἡ εἰκονικὴ ὅρασις ἀνετυπώθη. παρά τε γὰρ τῆς αἱμόῤῥου εἰς τὴν ἐπ' αὐτῇ θαυμασοποιΐαν γεγονυῖαν ἡ τοῦ σωτῆρος εἰκὼν ἐστηλογραφήθη. μεθ' ἧς καὶ ἀχειροποίητος ἡ ἐν Ἐδέσῃ τῇ πόλει· αὐτίκα καὶ ἡ παρὰ τοῦ Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἱστορηθεῖσα ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς Θεόφιλον τῆς πανάγνου καὶ Θεοτόκου εἰκών. ἀλλὰ καὶ αἱ ἅγιαι ἓξ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ταύτας εὑροῦσαι, προσκυνεῖσθαι διετάξαντο καὶ οὐκ ἀποστρέφεσθαι. ἔσῃ δὲ γινώσκων, βασιλεῦ, ὅτι εἰ τοῦτο κρατήσειας, ὑπὲρ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἑτοίμως ἀποθανοῦμαι. ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ εἰκὼν τὸ αὐτοῦ φέρει ἅγιον ὄνομα, καθ' ὃ ἐν σαρκὶ ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. δίκαιον δὲ καὶ ἅγιόν

* *Vnus* ἐξ *non habet.*

» ctè ſimili nobis & circumſcripto viſo, univerſus idolorum cultus è medio ſublatus eſt, omniaque idolorum ſimulacra igni & tenebris mandata ſunt. A quo verò nobiſcum ipſe verſatus eſt, ejuſque Apoſtoli ſua doctrina mundo ſalutem pepererunt, ad hodiernum diem, anni ſunt ſeptingenti trecenti ſex: quotquotque intra illud temporis ſpatium extitere juſti Patres, nihil tale de ſanctis & venerandis imaginibus excogitavere. Siquidem ab initio poſt Chriſti in cælos aſſumtionem imagines expreſſæ ſunt. Nam Salvatoris effigiem in memoriam miraculi in ſe patrati cippo inſculpi curavit Æmorrhoïſſa, cui illa nullo artificio humano facta adjungenda eſt, quæ in urbe Edeſſa conſervatur, ut & illa caſtiſſimæ Deiparæ imago, quam à Luca Evangeliſta depictam, Jeroſolymis ad Theophilum miſſam fuiſſe memoriæ proditum eſt. Præterea ſanctæ ſex œcumenicæ Synodi, quæ illas repererunt, eaſdem adorandas, non abhorrendas ſancivere. Ceterùm, pro certo habeas, Imperator, ſi hac in re vi uti volueris, me pro ſanctis & venerandis imaginibus libentiſſimè moriturum. Namque Chriſti imago ſanctum ejus nomen præfert, quatenus in carne viſus eſt & inter homines verſatus eſt. Mori

Digitized by Google

» autem pro ejus nomine, prorſus res eſt juſta & ſancta. Qui » contrà ejus imaginem ignominiâ afficit, in illum, quem » exhibet, injuriam rejicit. His auditis, improbus Imperator, more leonis, cujus nomen ferebat, frendens, Satrapas enſibus armatos in Patriarchicam domum miſit, quibus præcepit ut cum pugnis & convitiis ſanctum virum inde deturbarent. Eo autem ejecto & monaſticæ vitæ participe facto, videre erat univerſam civitatem, mellifluâ Patris doctrinâ orbatam, fletum & gemitum non parvum edere; ita ut dies illa, non dies, ſed tenebræ & fletus ſuper fletum, & væ ſuper væ eſſet, ut loquitur Propheta.

ἐστιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντας ἀποθανεῖν. ὁ γὰρ τὴν εἰκόνα « αὐτοῦ ἀτιμάζων, εἰς τὸν ἐν αὐτῇ ἐγχαραττόμενον ἀναπέμπει τὴν ὕβριν. « ταῦτα ἀκούσας ὁ παράνομος βασιλεὺς καὶ βρύξας ὡς λέων φερωνύμως, ξιφήρεις σατράπας ἀποστείλας ἐν τῷ πατριαρχικῷ οἴκῳ, πυγμαῖς καὶ ὀνειδισμοῖς κατενέγκαι τὸν ἅγιον τῶν ἐκεῖσε προσέταξεν. οὗ τινος κατελθόντος, καὶ τοῦ μονήρους βίου συμμετόχου γεγονότος, ἦν ἰδεῖν τὴν πόλιν ἅπασαν θρῆνον καὶ κωκυτὸν οὐκ ὀλίγον ἐκπέμπουσαν, τὴν τοῦ πατρὸς ζημιωθεῖσαν μελισταγῆ διδασκαλίαν· ὡς εἶναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, οὐχ ἡμέραν, ἀλλὰ σκότος, καὶ θρῆνον, καὶ οὐαὶ ἐπὶ οὐαί, ὡς φησιν ὁ προφήτης.

Iiſdem miſeris diebus impius Anaſtaſius impietatis manu Pontificatum occupavit, vi militum, non ſuffragio divinæ pietatis; qui quidem omnia ad Eccleſiam pertinentia Imperatoriis ædibus tradidit. Tum Tyrannus libera poteſtate prodendæ hæreſis accepta, illico ſanctam & dominicam Chriſti Dei noſtri imaginem, quæ ſupra Imperatoria atria collocata, ob effigiem ſancta Ænea dicebatur, dejicere & igni tradere tentavit, quod quidem peregit. Interim verò dum tollebatur, divino zelo robo-

Ἐν δὲ ταῖς δυσήμοσι ταύταις ἡμέραις, ὁ ἀσεβὴς Ἀναστάσιος ἀσεβείας χειρὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιλαμβάνεται στρατιωτικῶς καὶ οὐ ψήφῳ Θεοῦ εὐσεβείας· ὅστις τὰ τῆς ἐκκλησίας πάντα τοῖς βασιλείοις * παρέδωκεν. ἐν τούτοις οὖν ἐξουσιαστικῶς δραξάμενος ὁ τύραννος τῆς αἱρέσεως, πειρᾶται παρελθὼν τὴν ἁγίαν καὶ δεσποτικὴν εἰκόνα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὴν ἱδρυμένην ὕπερθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἐν οἷσπερ διὰ τὸν χαρακτῆρα ἡ ἁγία χαλκῆ λέγεται, κατενέγκαι καὶ πυρὶ παραδοῦναι, ὃ καὶ πεποίηκεν. ἐν δὲ τῇ αὐτῆς καθαιρέσει ζήλῳ

* al. συνῆκεν.

θείῳ ῥωσθεῖσαι τίμιαι γυναῖκες, καὶ ῥωμαλέως εἰσπηδήσασαι καὶ τῆς κλίμακος δραξάμεναι, καὶ τὸν καθαιρέτην σπαθάριον χαμᾶζε περιρρίψασαι, καὶ τοῦτον διασύρασαι, τῷ θανάτῳ παρέπεμψαν· καὶ εὐθέως εἰσδραμοῦσαι καταλαμβάνουσιν τὸν πατριαρχικὸν οἶκον, λιθοβολοῦσαι τὸν δυσσεβῆ Ἀναστάσιον, καὶ λέγουσαι· » μιαρωτάτη κεφαλὴ, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὲ, τούτου γε ἕνεκα τῆς ἱερωσύνης ἐδράξω, πρὸς καταστροφὴν τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν ἀναθημάτων. Ταύτην οὖν τὴν ἧτταν μὴ φέρων ὁ ἀνίερος, φυγῇ ἐχρήσατο ἀπὸ προσώπου τῶν εὐσεβῶν γυναικῶν· καὶ τῷ τυράννῳ προσφυγὼν, πέπεικεν αὐτὸν, τοῦ διὰ ξίφους θανατωθῆναι τὰς ἁγίας γυναῖκας ἐκείνας. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνος ἐναθλήσασαι, τὸ βραβεῖον παρὰ Χριστοῦ ἐκομίσαντο, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν συνευφραινόμεναι μετὰ πασῶν τῶν ἁγίων ἀθλοφόρων.

ratæ honorabiles mulieres, fortiter irruerunt, arreptaque ſcala, Spatharium, qui imaginem amovebat, in terram projecerunt, diſtractumque morti dederunt. Poſt hæc ad Patriarchicam domum ſtatim properantes, impium Anaſtaſium lapidibus petunt, aientes: « Impuriſſimum caput, & veritatis hoſtis, ergóne idcirco ſacerdotium invaſiſti, ut ſancta & ſacra anathemata ſive donaria everterentur? Hanc de ſe victoriam non ferens profanus, à conſpectu piarum mulierum aufugit, & ad Tyrannum confugiens, ei autor fuit, ut ſanctas illas mulieres ferro interimeret. Quod quidem factum eſt, illæque pro Chriſti imagine inito certamine, victoriæ præmium ab ipſo Chriſto receperunt, cum omnibus ſanctis victricibus in regno cælorum lætantes.

Ταύτην οὖν ἐπὶ πολὺ ἔχουσα τὴν σκοτόμαιναν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ Κωνσταντινούπολις διέμεινεν * αἱρετίζουσα. ἀθυμούντων δὲ οὐ μικρῶς τῶν ἐν αὐτῇ εὐσεβῶς καὶ ὀρθοδόξως οἰκούντων, ἀπάραντες οὐκ ὀλίγοι τῆς ἐνεγκαμένης, ἐπὶ τὰς ὀρθοδόξους κωμοπόλεις μετῴκησαν. ἐν τούτοις οὖν τοῖς λυπηροῖς περιπεσόντες καὶ οἱ τοῦ μα-

* αἱρεσιάζουσα.

Itaque nocturna illa caligine diu tunc obſeſſa manſit Conſtantinopolis, hæreſim ſectando. Quotquot verò ibidem pii & orthodoxi ſupererant, non mediocri triſtitia afficiebantur, è quibus non pauci patriâ relictâ in pagos orthodoxos tranſmigrarunt. Parentes quoque beati Ste-

Digitized by Google

phani in has calamitates incidentes propriæ ſaluti providebant. Eos tamen retinebat filii promiſſio, quam implere in animo habebant. Verùm cùm conſideraſſent illum in Byzantii Monaſteriis ob invaleſcentes Tyranni turbas commorari non poſſe; divinitus incitati & ab Angelo ducti, ut olim à conſpectu Herodis infantium homicidæ in Ægyptum cum Deipara fugit Dei pater Joſeph: ſic illi unà cum religioſo puero Stephano, natali ſolo excedentes, ad navale Chalcedonis navigarunt, indeque viam, quæ in montem ſancti & deiferi Patris noſtri Auxentii ducit, tenuerunt. Illum enim montem quondam incoluerat magnus & ſignifer Pater noſter Auxentius, indeque radios ſuorum miraculorum per univerſum orbem emiſerat, qui etiam plurimis præclarè & fortiter in impios Dioſcorum & Eutychem in quarta œcumenica Synodo Chalcedone congregata geſtis Fidem illuſtravit.

καρεὶς Στεφάνου γονεῖς, τὴν ἰδίαν σωτηρίαν περιεσκόπουν. ἀλλ' ἐκρατοῦντο τὴν ἐγγύην πληρῶσαι βουλόμενοι τοῦ ἰδίου παιδός. καὶ δὴ ἀναλογισάμενοι ὅτι οὐχ οἷός τε ἐστὶν ἐν τοῖς τοῦ Βυζαντίου μοναστηρίοις αὐτὸν ἐγχρονίζειν διὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν ταραχὴν τοῦ τυράννου, θεόθεν κινούμενοι, καὶ ὑπ' ἀγγέλου ὁδηγούμενοι, καθάπερ ποτὲ ὁ θεοπάτωρ Ἰωσὴφ σὺν τῇ Θεοτόκῳ ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον φυγῇ ἀπὸ προσώπου τοῦ βρεφοκτόνου Ἡρώδου· οὕτω καὶ οὗτοι ἅμα τῷ θεόφρονι παιδὶ Στεφάνῳ τῆς ἐνεγκαμένης ἀπάραντες, καὶ πρὸς τὸν ναύσταθμον Χαλκηδόνος ἐκπλεύσαντες, εἴχοντο τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος φερούσης τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ὄρει προκατοικήσας ὁ μέγας καὶ σημειοφόρος πατὴρ ἡμῶν Αὐξέντιος, τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμψε τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν πίστιν ἐστεφάνωσε, πλεῖστα ἀνδρισάμενος κατὰ τῶν δυσσεβῶν Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, ἐν τῇ κατὰ Χαλκηδόνα συναθροισθείσῃ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ.

Porro mons ille ſitus eſt ad navigabilem Nicomediæ ſinum, è regione Bythinarum partium Provinciæ. Eſt autem amœniſſimus his qui ſalvi eſſe volunt, omnes vicinos montes altitudine ſuperat, frigidus & ſiccus eſt,

Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ὄρος πρὸς τὸν εἰσπλεόμενον τῆς Νικομηδείας κόλπον, τῆς τῶν Βιθυνῶν μέσον ἐπαρχίας * ἄντικρυς, καὶ ὑπάρχει πάνυ τερπνότατον τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις, ὑψηλὸν μὲν παρὰ πάντας τοὺς συγκειμένους λόφους, ψυχρόν

* ἀντικρὺ[illegible]

τε

τι καὶ σχεδὸν, καὶ, ἵνα συντόμως εἴποιμι, τοῦ οὐρανοῦ ἐφαπτόμενον. τοῦτο γὰρ εἴ τις καλέσειεν ὄρος Θεοῦ καὶ ὄρος Χωρὴβ, ὄρος Καρμήλιον, ἢ Σίναιον ὄρος, εἴτε Θαβώριον, εἴτε Λίβανον, ἢ πόλιν ἁγίαν, ὡς ἐν ὄρει τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις * κειμένην, οὐχ ἁμαρτήσει τοῦ πρέποντος. ὅπου γὰρ τόπος σωτηρίας τὸν * τρόπον ἀνθέλκων εἰς τὸ σώζεσθαι, ἐκεῖ ἀληθῶς ἡ ὄντως Ἱερουσαλήμ. ἐν τούτῳ οὖν λοιπὸν τῷ ἁγίῳ ὄρει, ἐν ᾧπερ ἡ προσηγορία ἀπό τε τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου ἕως τῆς νυνὶ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐμπέπηκται), οἱ κατὰ διαδοχὴν πατέρες τοῦ τε ὄρους κρατήσαντες, καὶ τῷ ἁγίῳ σπηλαίῳ ἐγκλεισθέντες τὴν μετοικεσίαν τοῦ θανάτου τὸν παράδεισον εὗρον. μετὰ γὰρ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ θεσπεσίου πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου, Σέργιος ὁ τούτου μαθητὴς τῷ σπηλαίῳ κατῴκησεν· καὶ μετὰ τοῦτον τρίτος ὁ σημειοφόρος καὶ παντὶ τρόπῳ ἐν ἀρεταῖς διαλάμψας Βινδημιανός· εἶθ' οὕτως τέταρτος Γρηγόριος ὁ ἐγκρατὴς καὶ τῆς ἱερᾶς πολιᾶς ἀνάπλεως· καὶ μετ' αὐτὸν πέμπτος ὁ τίμιος Ἰωάννης, ὁ νέος Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ διορατικοῦ χαρίσματος μεταλαχών. πρὸς τοῦτον οὖν τὸν ὅσιον Ἰωάννην τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Γρηγόριος καὶ Ἄννα ἡ θεόφρων δυὰς τὸν τίμιον υἱὸν Στέφανον, ὡς θῦμα, προσαγαγόντες δεήσεις προσφέρουσιν, δεχθῆναι αὐτὸν ἐξ-

* al. κειμένων.

* Vnus τόπον habet.

& ut breviter dicam, cælos attingit. Si quis enim illum appellaverit, montem Dei & montem Choreb, montem Carmeli, vel Sinæum montem, montem Thabor aut Libanum, vel ſanctam civitatem, utpote in monte civium Jeruſalem ſitam; à decoro non aberrabit. Ubi enim locus ſalutis mores ad ſalutem conſequendam attrahit: illic certè vera eſt Jeruſalem. Itaque ſanctum iſtum montem (cui quidem à ſancto Auxentio nomen impoſitum fuit ad præſens & perpetuum tempus) Patres per ſucceſſionem occupavere, ubi in ſancta ſpelunca incluſi, tranſmigrationem mortis paradiſum invenere. Siquidem poſt obitum divini Patris noſtri Auxentii, Sergius ejus diſcipulus in eadem ſpelunca commoratus eſt, cui tertius ſucceſſit ſignifer virtutibuſque omni modo ſplendidus Vindemianus, quem quartus ſecutus eſt Gregorius temperantiâ clarus & ſacra canitie plenus, quem quintus excepit venerandus Joannes, novus Abraham, perſpicientiæque doni particeps. Huic ergo ſancto Joanni Gregorius & Anna, par religioſum, venerandum filium Stephanum, tanquam victimam tunc temporis adducentes, eum ſuſcipi, ſancto-

Digitized by Google

que & angelico habitu dignari ſupplices poſtulabant, illum aientes orationis filium eſſe, & ante ortum ab utero, inſtituto monaſtico devotum fuiſſe. Honoratus autem ille ſenex, perſpicientiæ dono, ut dictum eſt, plenus, ut optimos adoleſcentis mores, ipſumque inceſſum, vultûs hilaritatem, oculorum modeſtam conſtitutionem, omnem denique, quæ illi inerat divina gratia, perſpexit, ait: Benedicat tibi Deus, fili, teque vas electionis faciat. Parentibus verò leni voce dixit: Verè Spiritus Dei in hoc adoleſcente requievit. Peracto autem conſueto miniſterio & vigiliarum laude ſive officio matutino inſtante, poſt ſolitum Canonis complementum, illum deifer Pater noſter Joannes ante ſacram ſpeluncam acceptum, (ipſe enim inde non prodibat) plurima his verbis docebat: Beatus es, fili Stephane, quia hodiernam alteram Piſcinam, primæque propugnaculum ſuſcipis, novo lumine priori addito indutus. Beatus es, fili, quia hodierna die vocem Chriſti evangelicè imples, relinquiſque patrem, & matrem, & ſorores, & cetera omnia, quæ quidem hodie

αἰτούμενοι, καὶ τοῦ ἁγίου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος ἀξιωθῆναι, εὐχῆς υἱὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντες, καὶ πρὸ γεννέσεως ἀπ᾽ ἐμβρύων ἀποταχθῆναι αὐτὸν τῷ μοναδικῷ βαθμῷ. ὁ δὲ τίμιος ἐκεῖνος γέρων τοῦ διορατικοῦ χαρίσματος, ὡς προλέλεκται, ἀνάπλεως ὑπάρχων, καὶ τὸ * εὐηθέστατον τοῦ νεανίου καταμαθὼν, τό, τε βάδισμα καὶ τὸ ἱλαρὸν τοῦ προσώπου, τοῦ τε ὀφθαλμοῦ τὴν σώφρονα κατάστασιν· καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ θείαν χάριν, εἶπεν· εὐλογήσαι σε ὁ Θεὸς, τέκνον, καὶ ποιήσαι σε σκεῦος ἐκλογῆς. τοῖς δὲ γονεῦσιν αὐτοῦ ἠρέμα πως ἔφη· ὄντως ἐπαναπέπαυται τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὸ μειράκιον τοῦτο. καὶ συνήθους ὑπηρεσίας γεγονυίας, καὶ τῆς ἀγρύπνου δοξολογίας τῆς ἕωθεν ἐπιστάσης, μετὰ τὴν τοῦ κανόνος συνήθη συμπλήρωσιν, λαβὼν αὐτὸν ὁ θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ἔμπροσθεν τοῦ ἁγίου σπηλαίου, διὰ τὸ ἀπρόϊτον αὐτὸν εἶναι· καὶ κατηχήσας αὐτὸν πλεῖστα ἔφη· μακάριος εἶ, τέκνον Στέφανε, ὅτι τὴν σήμερον τὴν δευτέραν κολυμβήθραν ἀναλαμβάνεις, φωτὶ φῶς προσενδυόμενος, καὶ τὴν δευτέραν τῆς πρώτης τὸ φρούριον. μακάριος εἶ, τέκνον, ὅτι τὴν τοῦ Χριστοῦ φωνὴν πληροῖς σήμερον εὐαγγελικῶς, καὶ καταλιμπάνεις πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφὰς, καὶ πάν-

* al. εὐφυέστατον, al. εὐσταθέστατον

» τα τὰ σήμερον ὄντα καὶ αὔριον οὐκ
» ὄντα· καὶ φέρεις τὸν σαυρὸν αὐτοῦ ἐπὶ
» ὤμων, ἵνα κληρονομήσῃς τὴν τῶν
» οὐρανῶν βασιλείαν. μακάριος εἶ,
» τέκνον, ὅτι προφητικῶς ἐξελέξω
» παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ
» μᾶλλον ἢ οἰκεῖν ἐν σκηνώμασιν καὶ
» πόλει χριστιανοκατηγόρων αἱρετι-
» κῶν. βλέπε, τέκνον, τὴν κλῆσιν
» τῆς μοναχικῆς ἀξίας, ὅτι οὐκ ἔστιν
» ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα·
» ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς
» ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας
» τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ
» πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς
» ἐπουρανίοις, ὥς φησι τὸ σκεῦος
» τῆς ἐκλογῆς Παῦλος. βλέπε, τέκ-
» νον, τίνι συντάσσῃ, μὴ πάλιν ἐχῇς
» γονέων πόθον ὑπὲρ Θεοῦ. ὁ μὲν γὰρ
» καὶ ἔπλασε καὶ ἔσωσεν· οἱ δὲ οὓς ἠ-
» γάπησαν, ἀπώλεσαν καὶ τῇ κολά-
» σει παρέδωκαν, ὥς φησιν ὁ τῆς φω-
» τιζούσης κλίμακος ὑποφήτης.
» βλέπε, τέκνον, μὴ στραφῇς εἰς
» τὰ ὀπίσω. καὶ τοῦτο γὰρ γέγραπται·
» ὅτι οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα
» αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς
» τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βα-
» σιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ταῦτα οὖν κα-
τηχήσας αὐτὸν καὶ τὰ τούτων πλείο-
να, καὶ αἰτήσας καὶ λαβὼν παρὰ τῶν
αὐτοῦ χειρῶν τὸ ψαλίδιον, ἀπέκει-
ρεν αὐτὸν τῷ ἑξκαιδεκάτῳ χρόνῳ
τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ ἐνδιδύσκει
αὐτὸν τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα, καὶ τῆς
* ἐπακολουθοῦ συνηθείας δια-

* al. ἐπακολού-θως. al. ἐπακολουθούσης,

ſunt, cras verò jam non ſunt: «
tuiſque humeris ejus crucem «
geſtas, ut regni cælorum hæ- «
res eſſe poſſis. Beatus es, fili, «
quia prophetice elegiſti ab- «
jectus eſſe in domo Dei ma- « Pſal. 83.11.
gis quàm habitare in taber- «
naculis & civitate hæretico- «
rum Chriſtianos calumnian- «
tium. Vide, fili, monaſticæ «
dignitatis appellationem: «
Quoniam non eſt colluctatio ad- « Ep. 6. 12.
verſus ſanguinem & carnem, «
ſed adverſus principatus, ad- «
verſus poteſtates, adverſus «
mundi rectores tenebrarum hu- «
jus ſæculi, contra ſpiritualia «
nequitiæ, in cæleſtibus, ut ait «
vas electionis Paulus. Vide, «
fili, cui te addicis, ne rur- «
ſus majore parentum deſide- «
rio quàm Dei tenearis. Nam «
hic quidem & creat & ſer- «
vat: illi verò, quos amant «
perdunt, & ſuppliciis de- «
dunt, ut docet illuminan- «
tis ſcalæ * interpres. Vide, « Ioannes Climacus.
fili, ne retrorſum converta- «
ris. Nam id quoque ſcriptum «
eſt: *Nemo mittens manum ſuam* « Luc. 9. 62.
ad aratrum, & reſpiciens re- «
tro, aptus eſt regno cælorum. «
Cùm hiſce & pluribus aliis
ſermonibus illum inſtruxiſſet,
petitaſque forficulas ex ejus
manibus accepiſſet, eum to-
tondit ætatis annum deci-
mum ſextum agentem, ange-
licaque veſte induit. Omni-
bus verò conſueto ritu per-

Digitized by Google

actis, ſancti adoleſcentis parentes è monte diſceſſere, Deique laudes prædicando, ſe in propria recepere.

Venerandus autem Stephanus ſeſe ad certamina accinxit, his rebus dando operam, quæ ad virtutem ducunt. Singulis temporibus congruentem fructum Deo offerebat. Siquidem in gulæ cogitatione, fructus illi erat abſtinentia: cogitationibus verò corporeæ alicujus voluptatis in ipſum inſurgentibus, in eo viciſſim germinabat continentia. Iræ autem tantùm dominabatur, ut cùm Propheta de eo dici poſſet: *Surdus non audiens, & mutus non aperiens os ſuum.* Pſal. 37. 14. Fructus verò quos ferebat, caritas & patientia erant. Sic omnibus ſuperior evaſit, phantaſticoſque cogitationum fluctus adeo devicit, ut ejus in omnibus virtutem deifer Joannes admiratus illi diceret: » Fili, ſummam tuam à cibis abſtinentiam remitte, ob hujuſce montis rigidiſſimum frigus vehementemque ventorum flatum, ne fortè impar ſis ad obeundum miniſterium. ſcilicet Sancto neceſſaria miniſtrabat, longoque intervallo diſſitam aquam afferebat. Quippe ad partem Auſtralem montis, ubi declivis & planus eſt, ſitum eſt ſancti Patris noſtri cœmeterium, quod ipſe, dum

δραμούσης, οἱ τοῦ ὁσίου γονεῖς τοῦ ὄρους ἀπάραντες τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, αἰνοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεόν.

Ὁ δὲ τίμιος Στέφανος ἀποδύεται πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ἐπιμελούμενος τῶν πρὸς ἀρετὴν ἐφοδίων. καὶ ἐδίδου Θεῷ ἑκάστου καιροῦ τὸν πρόσφορον καρπόν. ἐν δὲ τῇ ἐννοίᾳ γαστριμαργίας ὁ καρπὸς ἦν αὐτῷ ἡ ἐγκράτεια· καὶ λογισμῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἡδονῆς τινος σωματικῆς, αὖθις ἡ σωφροσύνη αὐτοῦ ἀνεβλάστανεν. θυμοῦ δὲ καὶ ὀργῆς τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὡς προφητικῶς εἰπεῖν· κωφὸς οὐκ ἀκούων, καὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ, καρποφορῶν τὴν ἀγάπην καὶ τὴν ὑπομονήν. καὶ οὕτω πάντων περιεγένετο, καὶ τῶν λογισμῶν * ἐνίκησεν τὰς φανταστικὰς τρικυμίας, ὥστε θαυμάζειν τὸν περὶ πάντα αὐτοῦ ἀρετὴν τὸν θεοφόρον Ἰωάννην καὶ λέγειν· « τέκνον, ἀνάσχου τῆς πολλῆς ἀσιτίας, διὰ τὴν τοῦ ὄρους πάνυ κρυμώδη συ[illegible]ότητα καὶ τῶν ἀνέμων τὴν σφοδρὰν ζεφύρωσιν· μή πως ἀτονήσας πρὸς τὴν τῆς διακονίας παράστασιν. ἦν γὰρ διακονῶν τοῦ ὁσίου περὶ τὰ χρειώδη, καὶ τὸ ὕδωρ ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος ἐπικομίζων. εἰς τὸ γὰρ ἐπὶ νότον μέρος τοῦ ὄρους ἐπὶ τὸ πρανὲς καὶ κατόμαλον, ἔνθα ἐστὶν καὶ τὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου κοιμητήριον, ὅπερ αὐτὸς κα-

* al. ἐκοίμισεν.

Digitized by Google

τεσκεύαζεν ἔτι ζῶν, ὅταν ἦν ἐν τῷ ὄρει, καὶ μοναστήριον γυναικῶν ἁγίων ἐποίησεν, Τειχιναρίας τοῦτο ἐπονομάσας, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τοῦ τόπου καὶ δύσβατον, ἢ διὰ τὴν τῶν ἐνδυμάτων ἀκανθώδη καὶ σκληρὰν καὶ τραχυτάτην ἐπένδυσιν, ὅπερ ἅγιον φροντιστήριον μέχρι τοῦ δεῦρο φυλάττεται καὶ βίῳ λαμπρύνεται, ταῖς τῶν ὁσίων πατέρων εὐχαῖς. ἐκ τούτου, ὡς εἴρηται, τοῦ δυσβάτου τόπου τό, τε ὕδωρ καὶ πᾶσαν τὴν χρείαν ἐν καιρῷ καυσῶνός τε καὶ χειμῶνος ἀποκομίζων ὁ πανόλβιος Στέφανος οὐκ ὤκλασέ ποτε, οὐδὲ τὸν συνήθη αὐτοῦ κανόνα ἀπέλειπεν. ἀλλ' ὁσημέραι ἀρχὴν προσλαμβάνων, εὐπρόθυμος ἦν καὶ ἀνεπηρέαστος παθῶν τε καὶ δαιμόνων. κατ' ἴχνος δὲ ἀκολουθῶν τοῦ σεβασμίου αὐτοῦ καθηγητοῦ Ἰωάννη, οὐ διέλιμπανεν ἐξ αὐτοῦ τὰ τῆς σωτηρίας διδασκόμενος οὐ ἐπιμελεῖσθαι.

in vivis erat & in monte degebat, exſtruxit, & Monaſterium ſanctarum mulierum fecit, Trichinariæ nomine illi indito vel propter loci aſperitatem & aditum difficilem, vel propter ſpinoſa, dura & aſperrima indumenta. Quod quidem Monaſterium in hanc uſque diem perſeverat, & ſanctorum Patrum precibus, vivendi inſtituto clarum efficitur. Itaque ex iſto, ut dictum eſt, difficili loco aquam omniáve neceſſaria tempore æſtatis & hyemis afferebat beatiſſimus Stephanus; in quo quidem agendo, nunquam animo defecit, vel conſuetum ſuum canonem deſeruit: ſed contrà quotidie incipiendo alacer erat, nullis affectuum perturbationibus, vel dæmonum injuriis obnoxius. Veſtigiis verò venerandi ſui magiſtri Joannis inſiſtens, ſalutaribus ejuſdem præceptis aſſiduam operam dabat.

Τοιοῦτος γὰρ ἦν ἀρετῆς ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ὥστε καὶ τετράποδα ζῶα τῇ ἀνθρωπινῇ φωνῇ καλεῖν αὐτὸν ἐξ ὀνόματος, καὶ ταῦτα χρείας αὐτῷ καὶ ἀποκρίσεις ἀποκομίζειν. καὶ
* al. λογισθείη μηδενὶ ἄπιστον * νομισθείη ὃ μέλλω λέγειν· εἰδότες, ἀδελφοὶ ἅγιοι,
» ὅπερ εἰ φυλάξοι τις τὸ
» κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, οὐ μόνον τὰ ἄγρια ζῶα τῷ τοιούτῳ ὑποτάσσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ

Ceterùm, tantæ virtutis erat ſapiens iſte Joannes, ut quadrupedes animantes humana voce ex nomine ipſe vocaret, illæque res neceſſarias & reſponſa ei afferrent. Nulli verò incredibile videatur quod dicturus ſum, cùm non ignoretis, Fratres ſancti, ſi quis ſervaverit illud, *ad imaginem & ſimilitudinem*, non Geneſ. 1. 26 ſolùm feroces belluas hujuſmodi homini ſubjiciendas fore, ſed ipſa etiam elementa;

cujus quidem rei teſtes ſunt, in igne tres Pueri: in aqua Moyſes, Jeſus, Elias & Eliſſæus: in feris, Daniel & Jonas. Verùm quid multos commemoro? Simili modo & hic divinus Pater Joannes catellum in monte habebat; atque ſi contigiſſet ſanctum Stephanum in colle non adeſſe, ſed in aliquo miniſterio verſari, interimque aliqui vicinorum montium Monachi ad ſe venirent, (ſiquidem plurima tunc in ipſis montibus Monaſteria erant, quæ impius & novus Babylonicus, tyranni more, ſolo æquavit) itaque canem ex nomine vocabat pius iſte Pater, ſcripiſſque in tabella his quæ ſibi opus erat in gratiam Fratrum qui advenerant, eam collo canis illigabat, & audientibus illis Fratribus ipſi dicebat: » Vade infrà in Monaſterium, hancque tabellam fer » Præfectæ, & celeriter redi. Mox verò canis Patris mandatis obſequens, Monaſterium petebat, & cellæ Præfectæ allatrans juſſum implebat. His enim, qui è Mona-

στοιχεῖα. καὶ μάρτυρες τούτου, ἐν μὲν τῷ πυρὶ, οἱ τρεῖς παῖδες· ἐν δὲ τῷ ὕδατι, Μωϋσῆς, Ἰησοῦς, Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος· ἐν δὲ θηρίοις, Δανιὴλ καὶ Ἰωνᾶς. καὶ τί πολλοὺς ἐπιφέροιμι; τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ καὶ οὗτος ὁ θεσπέσιος πατὴρ Ἰωάννης κυνάριον ἐκέκτητο ἐν τῷ ὄρει· καὶ εἰ ἔλαχεν τὸν ὅσιον Στέφανον μὴ παρεῖναι ἐν τῷ βουνῷ, ἀλλ' ἐν διακονίᾳ τινὶ, καὶ παρέβαλόν τινες ἐκ τῶν πέριξ ὀρέων μοναχοὶ πρὸς αὐτόν. πολλὰ γὰρ ἦν τότε ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσιν μοναστήρια, ἅπερ ὁ ἀσεβὴς καὶ νέος Βαβυλώνιος τυραννικῶς ἐξηδάφισεν διὰ τὸ φιλοκυνήγον αὐτὸν εἶναι. ἐκάλει οὖν ἐξ ὀνόματος τὸ κυνάριον ὁ θεόφρων οὗτος πατὴρ, καὶ γράφων πιττάκιον· ὅτι ἂν πρὸς χρείαν ἤθελεν ἕνεκα τῶν * παραβαλόντων ἀδελφῶν, [a] ἔδενεν τὸ γραμματεῖον εἰς τὸν τοῦ κυναρίου τράχηλον, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ εἰς ἐπήκοον τῶν παραβαλόντων· « ἄπελθε κάτω ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ τόδε τὸ γραμματεῖον ἀποκόμισον τῇ ἡγουμένῃ, καὶ ταχύνας ὑπόστρεψον. » εὐθέως δὲ τὸ κυνάριον κατὰ τὴν ἐπιταγὴν τοῦ πατρὸς τὸ μοναστήριον κατέλαμβανεν, καὶ τῇ κέλλῃ τῆς ἡγουμένης [b] ἐπιβαβύζων, τὴν ἐντολὴν ἐπλήρου. ᾔδεισαν γὰρ καὶ * οἱ τοῦ μονα-

* al. παρόντων.

* Vnus habet οἱ.

[a] ἔδενε. Vox Græcorum mediæ & infimæ ætatis, qui loco verbi δέειν, verba δένειν, δέννειν & δίνειν uſurpant.

[b] ἐπιβαβύζων. Vox eorumd. ἀπὸ τοῦ βαΰζειν, quod eſt latrare.

στείου τὴν τοῦ ζώου διακονίαν, καὶ
εὐθέως αὐτὸ τῇ ἡγουμένῃ εἰσεκό-
μιζον, καὶ πρὸς τὴν γραφὴν ἐ-
ποίουν. καὶ ταῦτα ποιοῦν τὸ κυνά-
ριον, αὖθις ἀνήρχετο ἐπὶ τὸ ὄρος.
» ὄντως, προφητικῶς εἰπεῖν, θαυ-
» μαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.

Ἄλλοτέ ποτε ἐκ διακονίας τι-
νὸς τὸ ὄρος καταλαβὼν ὁ τιμιώτα-
τος Στέφανος, εὗρεν τὸν θεοφόρον
Ἰωάννην πρὸς τὸ θυρίδιον τοῦ σπη-
λαίου τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κάραν ἐπι-
θήσαντα, κλαίοντα πικρῶς. ὡς δὲ
εἰσελθὼν καὶ τὴν συνήθη βαλὼν
μετάνοιαν, παράθεσιν οὐκ ἔλα-
βεν, διὰ τὸ τὸν πατέρα οὐ μικρῶς
ὀδύρεσθαι· διελογίζετο κάτω κεί-
μενος, τίς ἄρα εἴη ὁ τοῦ πατρὸς
κλαυθμός. ὁ δὲ πρᾳῢς ἐκεῖνος
πατὴρ θεόθεν γνοὺς τοὺς διαλο-
γισμοὺς τοῦ ἁγίου, ἀναστήσας αὐτὸν
» εἶπεν· διὰ σέ μου ὁ θρῆνος, ὦ
» τιμιώτατον τέκνον. ἔγνων γὰρ ἐπὶ
» σοῦ αὐξάνεσθαι, καὶ καταστρέφεσθαι
» τόνδε τὸν τόπον ὑπὸ τῆς νυνὶ ἀναζε-
» σάσης τῶν εἰκονοκαυστῶν αἱρέσεως.
ὁ δὲ τίμιος Στέφανος ἐκ καρδίας
» στενάξας ὀδυνηρῶς εἶπεν· ὦ πά-
» τερ, συναπολλύμενον κἀμὲ τῇ
» αὐτῶν ἀσεβείᾳ, καὶ μὴ σωζόμενον.
ὁ δὲ ὅσιος Ἰωάννης φησίν· οὐχί, τέ-
» κνον· ἀλλ' οὖν βλέπε. γέγραπται
» γάρ, ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος
» σωθήσεται. καὶ προειπὼν αὐτῷ πάν-

ſterio erant, notum erat canis
miniſterium, ſtatimque illum
ad Præfectam adducebant,
atque his, quæ in tabella ſcri-
pta erant, faciebant ſatis.
Tum canis hæc faciens rurſus
in montem revertebatur. Ve-
rè, ut cum Propheta loquar,
mirabilis Deus in Sanctis Pſal. 67. 36.
ſuis.

Aliquando autem ex aliquo
miniſterio in montem rever-
ſus honoratiſſimus Stephanus
reperit deiferum Joannem,
capite ad feneſtram ſpecus in-
nixum, amarè flere. Igitur
cùm ingreſſus ſe conſueto ri-
tu inclinaſſet, nec benedictio-
nem accepiſſet ob Patris lu-
ctum non parvum; infrà ja-
cens apud ſe cogitabat, quiſ-
nam eſſet ille Patris gemitus.
At manſuetus Pater divinitus
cognitis Sancti Stephani co-
gitationibus, ipſum erexit, ei-
que ait: Tui causâ meus eſt «
luctus, ô Fili honoratiſſime. «
Siquidem novi futurum eſſe, «
ut ſub te iſte locus incremen- «
tum capiat, & poſtea ab Ico- «
nocauſtarum hæreſi jam nunc «
referveſcente evertatur. Cui «
venerandus Stephanus ex imo
corde graviter ingemiſcens
dixit: Me-ne etiam, ô Pater, «
cum illorum impietate peri- «
turum, nec ſalvum futurum? «
Cui Sanctus Joannes: Ne- «
quaquam, ô fili; ſed vide. «
Scriptum eſt enim: *Qui per-* « Matt. 10. 22.
ſeveraverit uſque in finem, hic «
ſalvus erit. Illi deinde om- «

Digitized by Google

nia, quæ ipſi eventura erant, prædixit.

Sub idem tempus venerandi Stephani pater vitâ functus eſt; qua de cauſa urbem ille petiit, & patris exequiis adfuit. Poſt cujus ſepulturam, ſimul cum matre & una è ſororibus, (nam alia in alio Byzantii Monaſterio detonſa fuerat) omnia, quæ Conſtantinopoli poſſidebant, vendidit. Quo facto, patriâ relictâ, ſeſe in montem contulerunt. Venerandus verò Stephanus, poſtquam, ſe autore, ſanctus ſenex Joannes ſuæ matri & ſorori benedictionem impertiſſet, ſermonemque veritatis eas docuiſſet, ipſas in mulierum Monaſterium deduxit, quas ſancto Conventui annumerando, ipſe per ſanctum habitum, carnalis matris factus eſt ſpiritalis Pater, ſimiliter & ſororis. Expletis deinde ſancti habitus ceremoniis, ipſe in montem aſcendit, & ad priorem vitæ rationem rediit.

Deifer porro Joannes cùm in omni Deo acceptorum operum genere excelluiſſet, in pace dormivit, præclaréque ex hoc mundo emigravit, multis S. Stephano datis monitis, cui quidem poſtremùm « dixit: Salutem conſequere, « fili, vide imminentis tibi pe-

τα, ἃ ἐκείνῳ ἔμελλον αὐτοῦ συμβαίνειν.

Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ ὁ τοῦ τιμίου Στεφάνου πατὴρ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο. καὶ τὴν πόλιν τούνεκα καταλαβὼν οὗτος, παρῆν πρὸς τὴν τοῦ γεννήτορος κηδείαν. καὶ μετὰ τὴν τούτου ἐνταφίασιν, τὰ συνόντα αὐτοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅπαντα * πεπρακὼς, ἅμα τῇ μητρὶ καὶ τῇ μιᾷ ἀδελφῇ (τῆς ἄλλης προαποκειραμένης ἐν ἑτέρῳ τοῦ Βυζαντίου μοναστηρίῳ) * οὕτω τῆς ἐνεγκαμένης ἀπάραντες, τὸ ὄρος κατέλαβον. ὁ δὲ τίμιος Στέφανος τήν τε μητέρα καὶ ἀδελφὴν εὐλογηθῆναι ποιήσας παρὰ τοῦ ἁγίου γέροντος Ἰωάννου, καὶ κατηχηθῆναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, αὖθις κατέστησεν αὐτὰς ἐν τῷ γυναικείῳ μοναστηρίῳ, καὶ συγκαταριθμήσας αὐτὰς τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ συνοδίᾳ, γίνεται αὐτὸς τῆς σαρκικῆς μητρὸς πνευματικὸς πατὴρ διὰ τοῦ ἁγίου σχήματος, ὁμοίως καὶ τῆς ἀδελφῆς. καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου σχήματος συμπλήρωσιν, αὐτὸς ἀπάρας ἐπὶ τὸ ὄρος, ᾤκετο τῇ προτέρᾳ διαγωγῇ.

* al. εἴπρατο.

* al. ἔτι,

Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς θεαρέστοις ἔργοις καλῶς διαπρέψας ὁ θεοφόρος Ἰωάννης ἐν εἰρήνῃ * ἐκοιμήθη, καὶ τῶν τῆδε καλῶς μετέστη, πάμπολλα κατηχήσας τὸν ἅγιον Στέφανον, καὶ τελευταῖον εἰπών· « σώζου, τέκνον, βλέπε δὲ τοὺς ἐπερχομένους «

* Deeſt hîc addit: ἐπὶ τῷ αὐτῷ.

μέχρι κινδύνου σοι τὸ πέρας. ἐν τούτοις οὖν ὁ θεόφρων Στέφανος μηδὲν αἰτιάσας, ἀλλὰ μᾶλλον εὐθυμήσας, τὸ κροῦμα δέδωκε καὶ κατάδηλον ἐκ τούτου ποιεῖ τὴν τοῦ πατρὸς κοίμησιν. καὶ ἦν ἰδεῖν χορὸν ἀσκητῶν ἐκ τῶν πέριξ ὀρῶν, βουνῶν τε καὶ πλαγιάδων καὶ ναπῶν, ὥσπερ τινὰς ἐκ δίψης ἐλάφους, ἐπὶ τὸ τῆς πηγῆς τοῦ θεοφόρου Αὐξεντίου ὄρος συντρέχοντας, τὸν θεοφόρον Ἰωάννην τὸ τελευταῖον ἀσπάσασθαι καὶ κηδεῦσαι· καὶ οὕτως τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ τὸ τίμιον καὶ ἅγιον ἐν τῷ κοιμητηρίῳ τῶν πατέρων ἀπετέθη· ἡ δὲ τιμία αὐτοῦ ψυχὴ ὑπ' ἀγγέλων Θεοῦ ἀνεκομίσθη πρὸς οὐρανοὺς ἀϊδίως ἀγαλλιωμένη.

Ἀπὸ δὲ δόξης εἰς δόξαν καὶ ἐξ ἁγίου πρὸς ἅγιον τὸ μεταφοιτᾶν εὔθετον. οὐ γὰρ ἐλλιπὴς ὁ ἀριθμὸς τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων. καὶ γὰρ τοῦ Μωσέως τετελευτηκότος, παρῆν ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησοῦς· καὶ Ἠλίου ἀναληφθέντος, παρευθὺ Ἐλισαιὲ τῆς μηλωτῆς καὶ τῆς χάριτος κληρονόμος ἐγνωρίζετο ἐν διπλῷ. τοιῶσδε καὶ τοῦ θεοφόρου Ἰωάννου τῶν ἐνθένδε μεταστάντος, ὁ τίμιος Στέφανος καὶ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ τόπου καὶ τῆς χάριτος ἐν διπλῷ καὶ μάλα περισσοτέρως κληρονόμος γνωρίζεται. ἔδει γὰρ αὐτὸν ὡς τὰ πρῶτα κληρονομησάμενον τῶν αὐτοῦ * μαθημάτων, καὶ μικροῦ δεῖν τοῖς τοῦ μακαρίου θεοφιλέσιν ἔργοις ἐξισωθῆναι, ὃ καὶ

* al. μαθητῶν.

riculi finem. Quibus minimè turbatus divinus Stephanus, ſed contrà animo obfirmatus, ſignum pulſavit, eóque Patris dormitionem manifeſtam fecit. Tunc videre erat chorum Aſcetarum ex vicinis montibus, collibus, campis & ſilvis, velut cervos ſiti laborantes, ad montem fontis deiferi Auxentii accurrentium, ut deifero Joanni extremum oſculum darent & juſta perſolverent. Ita ergo venerandum & ſanctum illius corpus in Cœmeterio Patrum depoſitum fuit: pretioſa verò ejus anima ab Angelis Dei ad cælos ſublata eſt, perpetuis gaudiis fruitura.

Verùm à gloria ad gloriam, & à Sancto ad Sanctum appoſitè tranſeundum eſt. Nec enim deficit numerus ſervorum Dei. Siquidem mortuo Moyſe, præſtò fuit Jeſus filius Nave: & Elia aſſumto, confeſtim Eliſæus melotes & gratiæ in duplo hæres agnitus eſt. Simili modo, deifero Joanne ex hac vita egreſſo, ejus vivendi moris, loci & gratiæ in duplo atque etiam multò cumulatiùs hæres fuit venerandus Stephanus. Conſentaneum enim erat, ut is, qui præcipuæ illius doctrinæ hæres fuerat, ejuſdem etiam beati Patris piis operibus proximè exæquaretur, quod utique oſtendit.

Siquidem ut filius proprii parentis eoſdem mores, ſic ille proprii magiſtri virtutis veſtigia expreſſit. Hic ergo cæleſtis metropolis ædificator, perfectus inter unitates numerus, divini iſtius & ſalutaris antri ſextus ordine habitator factus eſt; novus Jared, ſextus ab Adam appellatus, & pater Enoch agnitus vitâ pariter Deo placitâ. Ipſe enim ſextus eſt à beatiſſimo Auxentio. Ipſe, inquam, tanquam filio, timore Dei concepto, juxta Prophetam, placitum Deo martyrium, tanquam novum Enoch placitæ Deo vitæ ducem, peperit. Ceterùm ob migrationem præceptoris mœrore & triſtitiâ affectus, magiſtri certamen, more egregii aſſeclæ, omnino perficere meditabatur. Et quidem quemadmodum qui maria trajicere longaſque peregrinationes ſuſcipere ſolent: cùm aquarum natura certas vias non habeat, nec pedum veſtigia vel curruum lineas propter fluxam & mollem ſubſtantiam non recipiat; poſitionem ſiderum attendendo, propoſitam ſibi viam decurrunt, & ex ſuperioribus curſibus inferiorem ſemitam apertè conjiciendo, ſine errore iter minimè tritum pergunt: quem-

Eccli. 44. 16. Hebr. 11. 5.

ἐπιδείξεν. ὥσπερ γὰρ παῖς τοῦ οἰκείου πατρὸς τοὺς αὐτοὺς τρόπους, καὶ οὗτος τοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας τοῦ οἰκείου ἀνετυπώσατο διδασκάλου. οὗτος οὖν ὁ τῆς ἐπουρανίου μητροπόλεως οἰκιστὴς, ὁ τέλειος ἐν μονάσιν ἀριθμὸς, ὁ κατ᾽ ἀκολουθίαν ἑξάριθμος οἰκήτωρ τοῦ θείου τούτου καὶ ψυχοσώστου ἄντρου γενόμενος, ὁ νέος Ἰάρεδ, ἕκτος ἀπὸ Ἀδὰμ χρηματίσας, καὶ πατὴρ Ἐνὼχ γνωρισθεὶς τῇ ὁμοίᾳ διαρεστήσει. καὶ αὐτὸς γὰρ ἕκτος ἀπὸ τοῦ παμμακάρος Αὐξεντίου γνωρίζεται· ὅστις ὡς υἱὸν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον συλλαβὼν προφητικῶς, τὴν διὰ μαρτυρίου διαρέστησιν, ὡς νέον Ἐνὼχ τὸν τῆς διαρεστήσεως πρωτάρχον ἀποτέτοκεν. τὴν δὲ τοῦ καθηγητοῦ μετάβασιν ἀλγῶν, ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλε, καὶ διελογίζετο πάντως, ὡς καλὸς ὀπαδὸς, τὸ τοῦ διδασκάλου ἀναπληρῶσαι ἀγώνισμα. καὶ ὥσπερ οἱ θαλάσσια νῶτα διαπερᾶν εἰωθότες, καὶ τὰς μακρὰς ἀποδημίας ποιούμενοι· ἐπειδὴ τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ὁδοὺς οὐκ ἔχει διωρισμένας, τύπους τε ποδῶν καὶ γραμμὰς* ὀχημάτων διὰ τὸ μανὸν καὶ χαῦνον τῆς οὐσίας οὐ δεχομένη· τῇ θέσει δὲ τῶν ἀστέρων προσέχοντες, τὴν προκειμένην αὐτοῖς ὁδὸν διοδεύουσιν· καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν δρόμων* σαφῶς τὴν κάτωθεν τεκμαιρόμενοι τρίβον, ἀπλανῶς τὴν ἀτριβῆ πορείαν ὁδεύουσιν. καὶ ὡς αὖθις οἱ τὰς

* al. [illegible], al. [illegible]

* al. [illegible]

ἐν ἠπείρῳ διατριβὰς ἀσπαζόμενοι, ὅταν φοιτᾶν πρὸς ἀλλήλοις ἐθέλουσιν· οὐ ταῖς ἀγνοουμέναις ἀτραπιτοῖς σφᾶς αὐτοὺς ἐμπιστεύουσι, τὸν ἀπὸ πλάνης δεδιότες φόβον, καὶ τῶν ληστῶν τοὺς λόχους ἀγωνιάσαντες· ἀλλὰ ταῖς λεωφόροις κεχρημένοι σὺν ἀσφαλείᾳ πολλῇ τὴν προκειμένην ἀποδημίαν ἀνύουσιν. ὁμοίῳ τρόπῳ καὶ οὗτος ὁ παμμάκαρ πατὴρ ἡμῶν Στέφανος ἐπειδὴ τοίνυν καὶ πέλαγος βίου χαλεποῦ διαπερᾶν ἤθελεν, καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὁδεύειν ἐσπούδαζεν· ὡς οἷον ἀστέρας ποδηγοῦντας αὐτὸν ἄνωθεν τοὺς τοῦ θεαρέστου βίου ὑποφήτας, καὶ τοῦ ἁγίου σπηλαίου ἐν διαδοχῇ οἰκήτορας ὄντας πέντε πατέρας, τοὺς ἀπὸ Αὐξεντίου ἕως Ἰωάννου περισκοπῶν, καὶ ὡς ὁδόν τινα βασιλικὴν καὶ λεωφόρον, τὴν ὑπὸ τούτων τριβεῖσαν οἴκησιν ἐν τῷ νοῒ ἰχνηλατῶν καὶ ἐπιβαίνειν σπουδάζων, προσέστη τῷ στενοπῷ οἰκίσκῳ καὶ τῇ ὑπογαίῳ πέτρᾳ ἑαυτὸν ἐγκατείρξων, τῷ τριακοστῷ πρώτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, τὸν ἐκ τοῦ πέμπτου ἀνασωσάμενος ἕκτον κλῆρον, ὡς εἴ τις εἴποι, τῆς ἑξάστρου φωταυγίας ἀναπληρῶν τὸ ἰσάριθμον. καὶ τὸ φιλήσυχον πεπαιδευμένος εἰς ἄκρον ἔμεινεν, μηδὲν τὸ σύνολον κτώμενος τοῦ αἰῶνος τούτου. μελίσσης γὰρ τρόπῳ, οἱονεὶ σίμβλῳ τινὶ, ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ ὄρους ὁ θαυμαστὸς οὗτος

admodum etiam ii, quibus in continenti commorari placet, cùm ſe invicem inviſere cupiunt, non ignotis ſemitis ſeipſos credunt, metu errandi, vel in latronum inſidias incidendi; ſed per publicam viam ſuſceptum iter cum multa ſecuritate perficiunt: pari ratione beatiſſimus Pater noſter Stephanus, quandoquidem arduæ vitæ pelagus trajicere optabat, ſtudebatque in ſupernam civitatem Jeruſalem iter facere; quaſi totidem aſtra ſe ſuperne dirigentia, vitæ Deo placitæ magiſtros; ſanctique ſpecus ab Auxentio ad Joannem ſucceſſionis ordine incolas, quinque ſanctos Patres conſiderans; velutque viam aliquam regiam & publicam, habitationem ab eis tritam animo veſtigans, eamque ingredi enitens, ad anguſtam cellulam acceſſit, ſeque in ſubterranea rupe incluſit, ætatis anno trigeſimo primo, ex quinta ſextam ſortem reſtituens, ſexque aſtrorum, ſi cui placet dicere, parem numero ſplendorem exæquans. Hîc ergo ſolitudinis amore ſummè imbutus manſit, nihil omnino hujus ſeculi poſſidens. Nempe in ſpelunca montis quaſi in quodam alveario, inſtar apis, incluſus admirandus

Stephanus, ſuave & voluntarium mel virtutis diligenter elaborabat, illudque Deo univerſorum Regi offerebat. Sic ſecurè ſenſibus exercitatis, ut fieret habitus, & rectum à deteriore diſcerneret, retia quoque more Apoſtolorum connectendi & contexendi, atque etiam eleganter ſcribendi artem didicit, ut ne alicui gravis & moleſtus eſſet, ſed potiùs è propriis laboribus indigenti largiretur. Poſtquam ergo ſic ſe omni terrena ſolicitudine expediiſſet, id unum curæ habuit, quomodo in orationibus & jejuniis Deo placeret. Idcirco omnis virtutis ſtudioſus, affectuum ſpinas, more optimi agricolæ, radicitus
2. Cor. 10. 4. amputavit, *cogitationes deſtruens, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei*: Propheticam illâm vocem implens, quæ ait:
Jerem. 4. 3. *Novate vobis novalia, & nolite ſerere ſuper ſpinas.*

Dum in hujuſcemodi rebus Deo acceptis ſeſe exercet beatiſſimus Stephanus, cunctis fit inde manifeſtus. Verum enim eſt non poſſe abſ-
Mat. 5. 14. condi civitatem ſupra montem poſitam. Quid ergo ex præſtantiſſimo vitæ illius inſtituto accidit? Multi divino Chriſti zelo incenſi accur-

Στέφανος ἑαυτὸν ἐγκαθείρξας, τὸ ἡδὺ καὶ ἀνήρετον τῆς ἀρετῆς ἐπιμελῶς εἰργάζετο μέλι, τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων τοῦτο προσφέρων Θεῷ. καὶ οὕτω γυμνασθεὶς ἀδεῶς τὰ αἰσθητήρια, ὥστε ἕξιν γενέσθαι, καὶ διακρίνειν τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ χείρονος, ἔμαθεν μέντοι καὶ ἐργάζεσθαι τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνην τῶν δικτύων συῤῥαφὴν καὶ σύμπλεξιν τῆς ἁλιευτικῆς τέχνης, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν καλλιγραφικὴν, διὰ τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι τινα, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῶν ἰδίων κόπων ἐπιδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. πάσης δὲ γηΐνης φροντίδος ἑαυτὸν ἐλευθερώσας, μίαν εἶχε φροντίδα, τὸ πῶς ἀρέσῃ τῷ Θεῷ ἐν προσευχαῖς καὶ νηστείαις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάσης ἀρετῆς ἐπιμελούμενος, ὡς γεωργός τις ἄριστος, προῤῥίζους ἐξέτεμεν τῶν παθῶν τὰς ἀκάνθας, « λογισμοὺς καθαιρῶν καὶ πᾶν ὕψωμα « ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ « Θεοῦ, ἐκείνην τὴν προφητικὴν πλη- « ρῶν φωνὴν τὴν λέγουσαν· νεώσα- « τε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπεί- « ρητε ἐπ' ἀκάνθαις.

Ἐν δὲ τοῖς θεαρέστοις τούτοις ἀσκουμένου τοῦ παμμάκαρος τούτου, πᾶσιν ἐντεῦθεν γίνεται κατάδηλος. ἀληθὲς γὰρ τὸ μὴ δύνασθαι πόλιν κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένην. τί δὲ ἐκ τῆς ἀρίστης αὐτοῦ συμβαίνει πολιτείας; πολλοὶ τῷ θείῳ ζήλῳ τοῦ Χριστοῦ πυρωθέντες προσέτρεχον

* al. μετ' αὐτόν.

σιν, καὶ * μετ' αὐτοῦ συνοικήσεως ἀντιβολοῦσι τυχεῖν, καὶ ὁδηγὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου γενέσθαι αὐτὸν ἱκετεύουσιν. καὶ δὴ μόλις μὲν, πείθουσι δὲ ὅμως. ἐβιάζετο γὰρ τοῦτον τοῖς πᾶσι πάντα γενόμενος, καὶ μὴ τὰ ἑαυτοῦ μόνον σκοπεῖν ἕκαστον διδάσκων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πλησίων ἐπιζητεῖν, ἵνα σωθῶσιν· ἔνθεν δὲ ἕως δυοκαίδεκα τέως τὸν ἀριθμὸν ἀδελφοὶ πρὸς αὐτὸν ἐφοίτησαν, οὓς εὐαγγελικῶς κελευόμενος, ὅτι τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω, δέχεται τούτους ἀσμενέστατα· οἷος παιδοτρίβης καλὸς, πρὸς τοὺς τῆς ἀσκήσεως ἐπαλείφων ἀγῶνας· καὶ πρῶτα μὲν ἐδέξατο Μαρῖνον, ἄνδρα τινὰ χρηστὸν καὶ ἐπιεικῆ τὸν τρόπον· εἶθ' οὕτως Ἰωάννην· καὶ μετ' αὐτὸν Ζαχαρίαν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἄνθρωπον τὴν πνευματικὴν ὁδὸν σεσοφισμένον· ἐν οἷς καὶ Χριστοφόρον καὶ τὴν λαθροδήκτον τοῦ Σατᾶν ξυνωρίδα, Σέργιόν φημι καὶ Στέφανον, τοὺς ἐκ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ τυράννου ἐξανδραποδισθέντας, περὶ ὧν μετέπειτα διηγήσομαι, καὶ ἄλλους δὲ τὸν ἀριθμὸν ἕξ, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. καὶ ἐν τούτοις ἐπολίσθη τὸ ὄρος, καὶ κοινοβίου θαυμαστοῦ τύπον καὶ ἁγιασίαν ἐδέξατο· πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν εἰς χρείαν Θεοῦ χορηγίᾳ, καὶ τῶν τοῦ ὁσίου εὐχαῖς ἀνελλειπῶς εὐτρεπισθέντων. * κοιμητηρείου τε καὶ ἑτέρων χρειω-

* al. κοιμητηρίων.

runt, eumque rogant ut ipſis ſecum commorari concedat, ſeque ducem præbeat vitæ, quæ ſecundùm Deum eſt; atque illum vix quidem, perſuadent tamen. Nempe eum ad id cogebat ille qui omnibus omnia factus eſt, quíque docet, non tantùm quæ ſua ſunt, unumquemque quærere debere, ſed etiam quæ ſunt proximi, ut ſalutem conſequantur. Hinc duodecim numero Fratres illum convenerunt, quos libentiſſimè recepit, jubente Evangelica voce, *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras*: eoſque, veluti palæſtræ magiſter peritus, ad aſceticos labores ſubeundos ungebat. Itaque primò Marinum admiſit, virum bonis & æquis moribus: deinde Joannem: poſtea Zachariam, virum, ut verè loquar, ſpiritalem viam eruditum. Inter hos erant quoque Chriſtophorus, parque à Satana clam morſum: (Sergium & Stephanum dico, ex Dei ſervis mancipia Tyranni factos, de quibus infrà.) Alii item numero ſex, quorum nomina in libro vitæ ſcripta ſunt. Ab his mons ille inſtar urbis effectus eſt, egregiique cœnobii formam & ſanctitatem recepit. Omnibus enim, ut ita dicam, neceſſariis, Dei liberalitate & Sancti precibus, cumulatè paratis, nempe cœmeterio, aliiſque ædi-

1. Cor. 9. 22.

Joan. 6. 37.

ficiis & rebus; quibus opus erat; cœnobium religioſiſſimum conditum eſt, Sancti Auxentii nomine inſignitum: quod quidem impius Tyrannus, hoſtili erga Sanctum animo, Monaſterio everſo, Auxentii collem nuncupavit, quod & ad hanc diem ab ejus ſymmyſtis dictitatur. Decenter igitur extructo cœnobio, ſermonis anchoram ſanctus Pater noſter Stephanus tenuit, qui è ſpelunca divinitus condita conventum hiſce exhortationibus illuminabat: » Filioli, attendite vobiſmet » ipſis animabuſque veſtris; & » timore, qui à dæmonibus a» nimarum corruptoribus ori» tur, & pigritia depoſitis, » Deum multùm diligite. Si» quidem noſtrum in illum a» morem non materiæ differen» tia vel perverſus timor, ſed » affectûs magnitudo commen» dat, quæ vel in parvis veſtræ » exercitationis muneribus ani» mi magnificentiam declarat. » Similiter triſtitia & mœrore » procul amandatis, hilari ani» mo ad Deum accedite, illud » Prophetæ carmen aſſiduè in Pſal. 72. 28. » mente verſantes: *Mihi autem » adhærere Deo bonum eſt, po» nere in Domino ſpem meam.* » Siquidem ſpes vel ſomnio in» dicata, non minus quàm ve» ritas nutrit: dum extremam » deſperationem expectatione » repellit, & facultatis languo-

δῶν οἴκων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀναγκαίων, κοινόβιόν τε πανευσεβὲς συνιστάθη, * τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου φέρον τὴν κλῆσιν· ὅπερ ὁ μισάγιος τύραννος ἐχθροδῶς πρὸς τὸν ἅγιον διακείμενος, τὴν μονὴν ἐκκαθαρίσας, Αὐξεντίου τὸν βουνὸν ἐπωνόμασεν. ὃ καὶ λέγεται παρὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν ἕως τὸ σήμερον. τοῦ οὖν τοῦ κοινοβίου διαπρεπῶς ἐνιδρυνθείσης στάσεως, ὑπῆρχεν ὁ πατὴρ ἡμῶν Στέφανος τοῦ λόγου τὴν ἄγκυραν ἐπέχων· καὶ ἐκ τοῦ θεοκτίστου σπηλαίου τὴν συνοδίαν φωταγωγῶν, παρῄνει αὐτοῖς λέγων· τεκ« νία, προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ ταῖς ὑμε« τέραις ψυχαῖς· καὶ τὸν ἐκ τῶν ψυ« χοφθόρων δαιμόνων ἐγγινόμενον « φόβον, ἢ ὀκνηρίαν ἀπορρίψαντες, « τὸν Θεὸν ἀγαπήσατε πολύ. τὴν γὰρ « πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, οὐχ ὕλης « διαφορὰ, ἢ πονηρὸς φόβος, δια« θέσεως δὲ πρόσεισι μεγαλοψυχία « τὸ δαψιλὲς τῆς γνώμης, καὶ ἐν τοῖς « μικροῖς δώροις ὑμῶν τῆς ἀσκήσεως « ἐμφαίνουσα. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἀθυ« μίαν καὶ λύπην μακρὰν ἀφέντες, « εὐθύμως Θεῷ προσέρχεσθε, τὸ « προφητικὸν ἐκεῖνο μέλος ἐν νῷ ἀεὶ « ἐνδελεχοῦντες. ὅτι ἐμοὶ μὲν τὸ « προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν « ἐστι· τίθεσθαι ἐν τῷ κυρίῳ τὴν « ἐλπίδα μου. τρέφει γὰρ καὶ ἐλπὶς « ὀνειροπολουμένη, τῆς ἀληθείας οὐκ « ἔλαττον, τὴν παντελῆ ἀπόγνωσιν « ἀποβουκολοῦσα τῇ προσδοκίᾳ, καὶ «

* al. [illegible]

» τὸ ἀναπεπτωκὸς τῆς δυνάμεως ἐγείρουσα τῇ τῆς ἐλπίδος χειρί. ἀθυμία δὲ καὶ λύπη καὶ τοὺς σωφρονεῖν φιλονεικοῦντας ἐν ταῖς συμφοραῖς τὸν λογισμὸν βιάζονται πρὸς τὸ δύσφημον· ἀλλὰ συγγνώμην τὸ πάθος ἔχει τυραννοῦν καὶ παρὰ γνώμην πολλὰ φθέγγεσθαι τὸν λυπούμενον πεῖθον, νικώμενον ἴσως τῷ μεγέθει τῶν περιστάσεων. ἐπεὶ οὖν βιαστῶν ἐστιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν, καὶ βιασταὶ αὐτὴν ἁρπάζουσιν, τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοί, κατὰ τὸν μεγαλοκήρυκα καὶ θεῖον Παῦλον ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, γυμνητεύοντες, πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς· τὸ βραχὺ τοῦτο τῆς πολυοδύνου ἡμῶν ζωῆς παροίκημα τῆς ἐνθένδε εὐσεβῶς διαπεράσωμεν, ἵν᾽ ἐκείνης κληρονομοῦντες εἴπωμεν πρὸς τὸν ἀδέκαστον κριτήν· ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσι παρακλητικοῖς λόγοις ὁ παμμάκαρ πατὴρ ἡμῶν Στέφανος φωταγωγῶν, οὓς ἐν κυρίῳ ὤδινεν παῖδας, τὸ καθεκάστην ἐνδιαλεγόμενος οὐκ ἐπαύετο, αὔξων αὐτοὺς πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ἀποκατάστασιν.

Μέχρι δὲ εἴκοσι τῶν φοιτητῶν γεγονότων τῷ ἀριθμῷ, Μαρῖνον τὸν

« rem ſpei manu erigit. At verò triſtitia & mœror etiam illos, qui in calamitatibus ſapere nituntur, ad maledicta compellunt. Verùm veniam habet affectus tyrannicè agens, & ægrum accidentium magnitudine forſitan victum multa contra mentem loqui cogens. Cùm ergo violentorum eſt regnum cælorum, juxta vocem Domini, *& violenti rapiunt illud*; (Mat. 11. 12.) pari modo & nos, Fratres, juxta magnum & divinum prædicatorem Paulum, *egentes, afflicti, anguſtiati*, nudi, fame & ſiti laborantes, *in ſolitudinibus errantes & montibus* (Hebr. 11. 37.) *& ſpeluncis & cavernis terræ*, brevem iſtum hujus ærumnoſæ vitæ noſtræ incolatum religiosè tranſeamus, ut illius futuræ vitæ hæredes facti, incorrupto Judici dicamus: *Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte univerſa delicta mea.* (Pſal. 24. 18.) His & multis aliis exhortationibus beatiſſimus Pater noſter Stephanus, quos in Chriſto parturiebat filios, ſingulis diebus illuminare non ceſſabat, eos ad ſalutis comparationem promovens.

Cùm verò viginti numero facti fuiſſent diſcipuli, Mari-

Digitized by Google

num, virum divinitus protectum, adminiſtrationi omnibuſque Monaſterii rebus præfecit. Ipſo autem aſperius vitæ genus aggreſſus eſt, ſeſe anguſtiùs, quàm ſinebant ſpeluncæ anguſtiæ, includere in animo habens. Cùm enim montis cacumen ingenti rupe terminetur, velutque præcipitii hiatum ad Auſtralem partem habeat, in qua Monaſterium & ſpelunca divinitus condita ſimul exiſtunt, à ventis Borea & Africo ſecura; quia, ut dictum eſt, rupe in verticem uſque protenſa operiuntur: iſto vertice perluſtrato beatiſſimus Pater noſter Stephanus, ibidem cellulam longitudine, latitudine, altitudine, & profunditate anguſtiſſimam è tranſverſo ſpecus extruxit. Porro latitudo circiter unius & dimidii cubiti erat: longitudo, circiter duorum. Ad partem quoque Orientalem conchulam ad orandum condidit, ejus altitudinis, ut in ea tantùm incurvatus ſtare poſſet, quæ quidem etiamnum ſuperſtes eſt. Ceterùm autem omne aliud ſpatium naturali cæli tecto operiri cupiens, apertum reliquit. Adeo verò angu-

θεοστήρικτον ἄνδρα εἰς τὰ τῆς οἰκονομίας καὶ πάντα τὰ τῆς μονῆς ὁ παμμάκαρ προεστήσατο· αὐτὸς δὲ σκληροτέραις ἑαυτὸν ὑπέβαλε διαγωγαῖς, τὸ θυμῆρες ἔχων στενωτέρως ἑαυτὸν καθεῖρξαι παρὰ τὴν τοῦ σπηλαίου στενομονίαν. τῆς γὰρ κεφαλῆς τοῦ ὄρους ἐκ παμμεγέθους πέτρας κορυφουμένης, καὶ ὡς φάραγγος κοίλην πρὸς τὸ νότιον ἐχούσης μέρος, ἐν ᾧ τό, τε μοναστήριον καὶ τὸ θεόκτιστον σπήλαιον σύγκειται, ὑποσκεπόμενόν ἐστι καὶ ἀχείμαστον ἀπὸ τῶν χειμερίων ἀνέμων τοῦτε βορρᾶ καὶ [a] λιβός, διὰ τὸ ὡς προείρηται, τῇ κορυφουμένῃ πέτρᾳ καλύπτεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κορυφὴν περινοστησάμενος ὁ παμμάκαρ πατὴρ ἡμῶν Στέφανος, οἰκοδομεῖ ἐν αὐτῇ κελλίον πάνυ βραχύτατον εἴς τε τὸ μῆκος καὶ εὖρος, ὕψος τε καὶ βάθος, τοῦ πλαγιόθεν σπηλαίου, ὡσεὶ μιᾶς πήχεως καὶ ἡμίσεως τὸ εὖρος, ὡσεὶ δύο δὲ τὸ μῆκος· καὶ πρὸς τὸ ἑῷον μέρος, ἐκτυποῖ προσευχῆς κογχάειον ἔχον τὸ ὕψος, ἔτι μόνον συγκύπτων στήκειν ἠδύνατο τὸ μέχρι τοῦ νῦν σωζόμενον· τὸ δὲ ἄλλο ἅπαν τῇ ἀχειροτεύκτῳ στέγῃ τοῦ οὐρανοῦ καλύπτεσθαι θέλων ἀερόφωτον τοῦτο παρείασεν. τοιοῦτον δὲ τοῦτο στενό-

a λιβός. Duo mſſ. λίβα habent, quæ vox in Scriptura ſacra, v. g. Exod 27. v. 9. Num. 34. v. 3. & 5. &c. Auſtrum ſive Meridiem ſignificat. Hîc tamen videtur propriè ſignificare ventum Africum dictum, de quo Seneca Quæſt. natural. lib. 5. c. 16. *Ab Occidente hiberno Africus furibundus & ruens, apud Græcos λὶψ dicitur.*

χῶρον καὶ φοβερὸν ἐποίησεν, ὥστε τοὺς καθορῶντας τὸ τοιόνδε λέγειν μνῆμα μόλις εἶναι πρὸς τὴν τοῦ δυστήνου σαρκίου τούτου ταφήν, ἢ οἰκητήριον πρὸς ἀνάπαυσιν μονῆς· καὶ μή τις ὑπολάβοι τὸ τῶν μεμψιμοιρῶν αἱρετικῶν, ὡς ὑπὲρ τοὺς προγεγονότας πατέρας τοῦτον πεφρονηκέναι. καὶ γὰρ λόγος τις ἐν τῷ τοῦ προπάτορος Αὐξεντίου θεαρέστῳ βίῳ ἐμφέρεται τὴν [a] κλουβὸν τῆς αὐτοῦ ἀσκήσεως ἐν αὐτῇ τῇ κορυφῇ ἔχειν, ἔνθα ἐστὶν ὁ νέος Ελισσαῖος τοῦ παλαιοῦ Ἠλίου ὡς ἐν ὄρει Καρμηλίῳ, τὴν στενωτέραν μηλωτῆς σκηνὴν ἔπηξεν· καὶ ἐστὶν ὁμοίως ἐξισωθῆναι τῷ θεοφόρῳ Αὐξεντίῳ ἤθελεν, ὑπέρ γε τοὺς ἀναμέσον ἄλλους πατέρας, διότι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς νεωτέραν ἦγεν τὴν ἡλικίαν· τὸν τεσσαρακοστὸν δεύτερον γὰρ χρόνον ἤλαυνεν τότε, ὅτε τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους μετετέθη.

ſtum & formidandum iſtum locum fecit, ut qui eum videbant, aſſererent vix monumentum eſſe ad ſepeliendum miſerum hoc corpus, vel domicilium ad requiem Monaſterii. Ne verò quis illud querulorum hæreticorum ſuſpicetur, nempe iſtum plus Patribus, qui eum præceſſerunt, ſapuiſſe. Siquidem in progenitoris Auxentii Vita Deo accepta refertur, in illo vertice caveam ejus exercitationis extare, ubi novus iſte Eliſæus antiqui Eliæ, ut in monte Carmeli, melota anguſtius tabernaculum fixit: ita ille deifero Auxentio exæquari, alioſque intermedios Patres ſuperare voluit, quia juniore quàm illi ætate erat: nam quadrageſimum ſecundum annum tunc agebat, cùm in montis cacumen ſe tranſtulit.

Τῶν δὲ αὐτοῦ φοιτητῶν μὴ γινωσκόντων τοὔνεκα τὸ τοιοῦτον κτίσμα γέγονεν, ἐν λυγαίῳ καιρῷ περὶ τὰς μεσονυκτίους ὥρας, τὸν θεοστέρκτον Μαρῖνον μόνον φωνήσας, καὶ τούτῳ τὸν σκοπὸν ἀναθεὶς ὁ πατήρ, ὡς ἀγαπητῷ τέκνῳ, ἅμα αὐτῷ τοῦ σπηλαίου ἀπάρας, εἰς ἐκεῖνο τὸ φοβερώτατον εἰσῆλθε ταφοειδὲς οἴκημα. ἔσωθεν δὲ μετὰ τὴν

Ejus autem diſcipulis ignorantibus qua de cauſa hujuſmodi ædificium factum fuerat, ipſe obſcuro tempore, mediam circiter noctem, divinitus protectum Marinum ſolum advocat, cui, ut dilecto filio, ſua mente patefacta, unà cum illo è ſpecu diſceſſit, & formidandam illam ſepulcralem cellam ſubiit.

[a] χλυβὸν, i. caveam. Hinc χλυβὶ Græcis hodiernis eſt cavea. Eamdem vocem circumflexa penultima *ſigillum* vertit Joannes Meurſius in Gloſſario.

Manè verò cùm univerſi Fratres, peractis matutinis laudibus, ante ſpeluncæ atria ſolitam inclinationem feciſſent, & à ſancto Patre benedictionem poſtularent; quotidiana orantis Patris vox mitiſſima attentis ipſorum auribus minimè inſonabat. Illi porro anxii, poſt multum tempus ſurgunt, & in antrum inſiliunt. Verùm aberat qui quærebatur. Tum illi diverſa ſentientes, rati periiſſe Patrem, multa ſecum cogitando, manibus ori admotis, digitoque indicando, & dicendo: „ Ergóne ovibus omnibus „ præſentibus paſtor defecit? via, quæ ad declivem collis partem ducit, inveſtigando dimiſſa, flenteſque & pectus pugnis percutientes, quaſi perdito patre, abibant. Verùm ut acerbum illorum dolorem, atque celeritatem, quâ in præceps ferebantur, ſenſit Pater, leni & miti voce eos advocavit. Hi verò, ut piſces ad eſcam laxati hami, ſic ad ejus vocem confeſtim converſi, ad ipſum accurrerunt, atque in genis adhuc geſtantes lacrymarum reliquias, non parvo cum gemitu, interciſoque ſpiritu ei

ὄρθρειον ὑμνῳδίαν, πάντων τῶν ἀδελφῶν κατὰ τὸ σύνηθες τὴν μετάνοιαν βαλόντων εἰς τὰ τοῦ σπηλαίου πρόθυρα, καὶ τοῦ εὐλογῆσαι τὸν ἅγιον αἰτουμένων, ἡ καθεκάστην ὁ πημέραι συμπαθεστάτη φωνὴ τῆς εὐχῆς τοῦ πατρὸς οὐκ ἐξηχεῖτο τοῖς εὐηκόοις αὐτῶν ὠσίν. Διαπορούντων δὲ αὐτῶν, καὶ μετὰ πλείστην ὥραν διαναστάντων, καὶ τῷ σπηλαίῳ εἰσπηδησάντων, οὐκ ἦν ὁ ζητούμενος. Διαμερισθέντων δὲ αὐτῶν τῷ νοΐ, καὶ δοξάντων ἀπολωλεκέναι τὸν πατέρα, εἶτα καὶ διαλογιζομένων, τὰ χεῖρε πρὸς στόμα τε ἐρεισάντων, καὶ δακτυλοδεικτούντων αὐτῶν καὶ λεγόντων· ἆρά γε προβάτων ἁ- « πάντων παρόντων ὁ ποιμὴν πως « ἀπελείφθη; τὴν ἐπὶ τὸ πρανὲς τοῦ « βουνοῦ πορείας ζητικῶς ἀπάραντες, ᾤχοντο δακρυρροοῦντες, καὶ στερνοτυπίαις ἑαυτοὺς καταθλίβοντες, ὡς τὸν πατέρα ἀπολέσαντες. Τούτων δὲ τῆς ὀδυνηρᾶς λύπης καὶ τῆς πρὸς τὸ καταφερὲς ταχύτητος αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, πρᾳείᾳ καὶ προσηνεῖ τῇ φωνῇ τούτους προσεκαλεῖτο. Οἱ δὲ, ὡς ἰχθύες πρὸς τὸ δέλεαρ τῇ τοῦ ἀγκίστρου χαλάσει, οὕτω τῇ φωνῇ ἄρδην συστραφέντες, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναδραμόντες, καὶ ἔτι φέροντες ἐπὶ τῶν παρειῶν τοῦ κλαυθμοῦ τὰ λείψανα, μετ᾽ οἰμωγῆς οὐ μικρᾶς [a] κοντο-

[a] κοντοπνευστί. Quaſi diceres brevi ſpiritu, i. cum anhelitu. Nam κοντὸς, unde hæc vox componitur, apud Græcos mediæ & infimæ ætatis idem eſt ac

Digitized by Google

» πινθοῦσι πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· τί ταῖς
» σκληροτέραις καὶ θανατοποιοῖς ταύ-
» ταις διαγωγαῖς ἑαυτὸν ἐπιδέδω-
» κας, τάχυ τὴν ὀρφανίαν ἡμῶν πραγ-
» ματευσάμενος, πάτερ; ὁ δὲ τίμιος
» πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο τὸ εὐαγ-
» γελικὸν ἐκεῖνο * φάσκον λόγιον.
» ὅτι, τεκνία, στενὴ καὶ τεθλιμμένη
» ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν,
» καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐ-
» τήν. παρευθὺ δὲ τοῦτον τὸν λόγον
ἀκουτισθέντες οἱ ἀδελφοί, ἡσύχασαν τοῦτο μόνον ἐκλιπαρήσαντες, τὸ κἂν ὀροφωθῆναι τὴν στέγην τῆς κέλλης αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀρκεῖσθαι ἔφη τῇ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ σκέπεσθαι ὀροφῇ. καὶ ἦν οὕτως πάντε θέρει καὶ χειμῶνι, φλογούμενος καὶ ψυχούμενος· πρὸς δὲ τὴν ἔνδυσιν, εἶχεν διὰ σιδήρου τὸ σῶμα σταυροειδῶς ἐγκεκλεισμένον, ἀπό τε τῶν ὤμων ἕως τῆς ὀσφύος ἐγκυκλικῷ ζωστῆρι ἑτέρῳ σιδήρῳ κεκαθηλωμένῳ ἐξ ἀμφοῖν τῶν ἑτέρων μερῶν, καὶ ὑπὸ τῶν μασχαλῶν ἑτέραν περικαλύπτεσθαι περιζωστρίδα σιδηρᾶν, ἐν ᾗ τὰ μέσα τῶν κατιόντων ἐκ τῶν ὤμων καθήλωτο σιδήρων· τὸ δὲ χιτῶνα εἶχεν δερμάτινον καὶ μόνον, τό, τε ἅγιον κουκούλλιον, καὶ τὸ σταυροφόρον ἀνάλαβον, ὁμοίως καὶ τὴν ἱερὰν ἐπω-

* al. μέλλοντι φάσκον.

dicebant: Quid te durioribus & mortiferis his ſedibus «
tradidiſti, Pater, ut nos citò «
orphanos redderes? Quibus «
venerandus Pater evangeli- «
cum illud oraculum reſpon- «
dit: *Quia*, filii, *anguſta & «* Mat. 7. 14.
arcta via eſt, quæ ducit ad vi- «
tam, & pauci ſunt, qui inve- «
niunt eam. Quibus auditis, «
Fratres ſtatim conticuerunt, cumque dumtaxat rogavere, ut ſaltem tectum cellæ imponi ſineret. At ille repoſuit, ſatis eſſe, nubium cæleſtium fornice eam tegi. Sic ergo & æſtate & hyeme permanſit, calori & frigori obnoxius. Præter veſtem quoque, corpus in modum crucis ferro conſtrictum habebat, ab humeris ad lumbos cingulo per orbem alteri ferro per clavos ex utraque parte affixo, & alio ferreo cingulo ſub axillis operto, in quo mediæ partes ferri, quod ab humeris deſcendebat, infixæ erant. Tunicâ porro dumtaxat pelliceâ utebatur. Sanctam quoque cucullam, cruciferum analabum, & ſacram epomi-

brevis, arctus. In duobus mſſ. legitur κινδυνευστί. Sed id ex pronuntiatione contigiſſe arbitror, qua τ ut δ vulgò pronuntiatur. Hinc in mſſ. voces quantumvis diverſæ, quæ eodem modo vulgò efferuntur, non rarò eodem etiam modo ſcribuntur, ut οι, υ, ι, η, ει: τ, θ: αι, ε: β, υ, &c.

dem monaſtici habitus gerebat. Ad recumbendum verò, ſola ſtoreola ei erat, ad exemplum deiferi Joannis, quem magiſtrum habuerat.

In his ergo egregiis inſtitutis inculpatam vitam ducente Patre, fieri non poterat, uti ſuprà dictum eſt, ut ille, qui urbs erat in prægrandi & religioſo monte fundata, abſconderetur. Quapropter fax celeberrima omnibus effectus eſt, inprimis verò Imperatoriæ urbis orthodoxis & piis civibus. Hinc plurimi illum utilitatis alicujus causâ in monte conveniebant, qui ex ſolo aſpectu convenienter ædificati, domum revertebantur, laudantes & glorificantes Deum. Inter eos quædam mulier è religioſis ſpiritu & dignitate conſpicuis, vidua facta, cùm quotidie ab omnibus de divino vivendi genere venerandi Patris noſtri Stephani audiret, mulierum timiditatem oblita, iteratis interrogationibus, ſacratiſſimi hujus paſtoris & magiſtri collem pedibus conſecuta eſt: cúmque prope ejus cellam acceſſiſſet, eum ut pro ſe preces funderet rogabat. Itaque cum ſanctus Pater ſolitam orationem abſolviſſet, hæc ſurrexit, & lacrymis effuſis, quæcumque ſe ſpectabant, & viduitatem & orbitatem Sancto declara-

μίδα τοῦ μοναχικοῦ σχήματος· εἰς δὲ τὸ ἀνακλίνεσθαι * ψιάθιον καὶ μόνον, κατὰ τὸν τύπον τοῦ θεοφόρου Ἰωάννου τοῦ γεγονότος αὐτοῦ καθηγητοῦ. * al. [illegible]

Τούτου οὖν τοῦ ἀνεπιλήπτου πατρὸς ἐν τούτοις ἀναστρεφομένου τοῖς προτερήμασιν, οὐκ ἦν, ὡς προλέλεκται, πόλιν αὐτὸν ὑπάρχοντα ἐπὶ τὸ εὐμέγεθες καὶ εὐσεβὲς ὄρος κρυβῆναι τεθεμελιωμένον. διὸ καὶ περιβόητος λαμπτὴρ τοῖς πᾶσιν ἀνεδείχθη, μάλιστα τοῖς ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει οἰκοῦσιν ὀρθοδόξοις καὶ εὐσεβέσιν. καὶ πολλοὶ πρὸς αὐτὸν παραβάλλοντες ἐν τῷ ὄρει ὠφελείας χάριν, ἐκ μόνης τῆς θέας τὰ εἰκότα οἰκοδομούμενοι, ὀπισθόρμητοι * ἐπαλινοδοῦσαν οἴκαδε, αἰνοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεόν, ἐν οἷς γυνή τις τῶν εὐσεβῶν τῷ πνεύματι καὶ τῇ ἀξίᾳ περιδόξων, τὴν ἐξ ἀνδρὸς χηρείαν ὑποστᾶσα, τὸ καθ᾽ ἑκάστην παρὰ πάντων ἀκούουσα περὶ τῆς ἐνθέου πολιτείας τοῦ σεβασμίου πατρὸς ἡμῶν Στεφάνου, αὕτη τὴν γυναικῶν ἐκλαθομένη ὀκνηρότητα, τῇ ἑαυτῆς ποδοφορείᾳ, ἐρωτήσει τὴν ἐρώτησιν προβάλλουσα, καταλαμβάνει τὸν ἱερώτατον τούτου ποιμένος καὶ διδασκάλου τὸν βουνὸν, καὶ πλησίον τῆς κέλλης τοῦ ὁσίου γενομένη, ἠξίου εὐχῆς τυχεῖν. τοῦ δὲ πατρὸς τὴν συνήθη τετελεκότος εὐχήν· αὕτη διαναστᾶσα, δακρύουσα ἐξεῖπεν τῷ ἁγίῳ πάντα τὰ εἰς αὐτήν, τήν τε χηρείαν

* al. [illegible] ἐχώρουν.

Digitized by Google

καὶ ἀτεκνίαν, καὶ ὅτι τοῦ μονήρους βίου
ἐπιποθοῦσα τυχεῖν, σωθῆναι ζη-
τεῖ. ὁ δὲ θεοφιλὴς πατὴρ ταύτην
λόγοις πνευματικοῖς πλεῖστα κα-
τηχήσας, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν
» διαταξάμενος, ἀπέλυσεν αὐτὴν
» εἰπών· βλέπε, γύναι, τίνι συνετά-
» ξω. μή σε καταλάβῃ θάνατος,
πρὶν ἀποδῷς τὴν ἐγγύην. ἡ δὲ τι-
μία ἐκείνη γυνὴ τὸν λόγον τοῦ θεο-
φόρου πατρὸς ἐν τῇ ψυχῇ ἐγχα-
ραχθεῖσα, ὥσπερ κηρὸς ἀναμαξά-
μενος ἐκτύπωμα, οὕτως ἀδιαλώ-
βητον ἔφερεν. καταλαβοῦσα δὲ τὸν
ναύσταθμον Χαλκηδόνος πρὸς τὴν
ἐνεγκαμένην ἀπέπλευσεν· καὶ πάν-
τα τὰ αὐτῆς κτήματα, καὶ ὑπάρ-
χοντα ἐν Κωνσταντινουπόλει πεπρα-
κυῖα, καὶ πτωχοῖς τὰ πλεῖστα δια-
νείμασα, δεδοικυῖα τὸν τῆς ψυχῆς
θάνατον, κατὰ τὸν λόγον τοῦ σεβα-
σμίου πατρὸς, ἔσπευδεν τὴν ἐγγύην
πληρῶσαι. καὶ τὸ τελευταῖον τῆς ἰ-
δίας πολίχνης ἀπάρασα, κατα-
λιμπάνει εὐαγγελικῶς γονεῖς, γνω-
στούς, φίλους, ἀγχιστεῖς, γείτονας.
καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἀραμένη,
τὴν Προποντίδος διαπεράσασα [a] τοῦ
ἄστεος, πρὸς τὸ θαυμαστὸν εἰσέδυ
ὄρος, φέρουσα χρυσίον πρὸς τὸν ὅ-
σιον, τοῦ διαδοθῆναι ὑπ' αὐτοῦ κα-
λῶς. ἀντικρὺ δὲ τῆς κέλλης τὴν
συνήθη βαλούσης μετάνοιαν, καὶ
» τὸ, εὐλόγησον, ἅγιε πάτερ, φησά-

vit, quódque monaſticam vitam amplecti optaret, ſalutis adipiſcendæ gratiâ. Tum pius Pater poſtquam eam multis ſermonibus ſpiritalibus, & præceptis ad ſalutem neceſſariis informaſſet, ipſam dimiſit dicens: Vide, mulier, « cui te addixiſti, ne te mors « apprehendat, antequam pro- « miſſum impleveris. Honora- « ta verò illa mulier verbis deiferi Patris animæ inſculptis, inſtar ceræ effigiem exprimentis, ea incorrupta ferebat, & navali Chalcedonenſi petito in patriam navigavit. Tum ſuis omnibus bonis, & quæcumque Conſtantinopoli poſſidebat, divenditis, maximaque ex parte pauperibus erogatis, animæ mortem verita, juxta venerandi Patris ſermonem, promiſſum implere feſtinavit. Poſtremò relictis, juxta Evangelium, parentibus, notis, amicis, cognatis, propinquis, è propria civitate diſceſſit; & crucem Chriſti tollens, trajecta Propontide, in inſignem illum montem ſe contulit cum pecuniis, quas ſancto Viro ferebat, ut eas bene erogaret. Verùm cùm ſolitâ inclinatione ante cellam factâ dixiſſet: Benedic, ſancte Pa- «

[a] Vocem τοῦ ἄστεος conſulto non expreſſi, quia hîc nihil rectum videtur ſignificare. Nulla enim urbs, ut potui diſcere, Propontis dicta eſt.

» ter ; ipſi Sanctus acerbè re-
» ſpondit : Salvatore per Evan-
» gelium manifeſtè clamante :
Luc 14. 33. » *Qui non renuntiat omnibus quæ*
» *poſſidet , non poteſt meus eſſe*
» *diſcipulus* ; Quid tu adhuc
» poſt mundum mundi reli-
» quias circumfers ? At mulier
quam dioraticum Patris do-
num & acerba reprehenſio
attonitam reddiderat , ei cum
convenienti mulieribus pu-
» dore reſpondit : Non ego exi-
» tioſa cupiditate victa hoc au-
» rum offero , honorande Pa-
» ter ; ſed ut per tuas ſanctas
» manus pro obcæcata mea ani-
» ma rite diſtribuatur. Verùm
» eo rejecto pius Pater ait : Alie-
» norum peccatorum ſcintillas
» meis manibus tanquam cine-
» re occultare non poſſum , ne
» quis fortè ex mea negligentia
» aduſtus , maximum incen-
» dium meæ animæ afferat ,
» quod quidam hujus rei gra-
» tiâ perpeſſi ſunt. Ceterùm ,
» ſerentium eſt & metere. Mu-
» liere autem rogante , Quid
» me , Pater , jubes facere ?
humaniſſimus ille ei in pa-
triam redeundi minimè co-
piam fecit : quandoquidem ,
ut ſuprà dictum eſt , bona
propria penitus dimiſerat :
ſed præcepit ut unà cum Ma-
rino divinitus protecto pro-
priis ſuiſmet manibus aurum

της, ὁ ἅγιος αὐτῇ μετὰ συφότητος «
ἀπεκρίνατο· τοῦ σωτῆρος διὰ τοῦ «
εὐαγγελίου ἀειδήλως βοῶντος, ὅτι «
ὡς τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς «
ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, οὐ δύναταί μου «
εἶναι μαθητής, τί ἀκμὴν σὺ καὶ μετὰ «
κόσμον τὰ τοῦ κόσμου περιφέρεις «
λείψανα; ἡ δὲ γυνὴ ἔκπληκτος «
γενομένη ἐπὶ τῷ διορατικῷ τοῦ πα-
τρὸς χαρίσματι, καὶ τῷ μετὰ συφότη-
τος ἐλέγξεως, τῇ πρεπούσῃ αἰ-
δοῖ γυναιξὶν πρὸς αὐτὸν ἀπεκρί-
νατο· οὐχὶ τῷ πρὸς αὐτὸν φθαρτι- «
κῷ πόθῳ κρατουμένη, τόδε τὸ χρυ- «
σίον προσφέροιμι, τίμιε πάτερ, «
ἀλλ' οἷον τὸ διὰ τῶν ὁσίων σου «
χειρῶν τοῦτο καλῶς ὑπὲρ τῆς πε- «
πωρωμένης μου ψυχῆς διανεμη- «
θῆναι. ὁ δὲ θεοφιλὴς πατὴρ τοῦτο «
μὴ βουληθεὶς εἶπεν· τοὺς τῶν ἀλ- «
λοτρίων πταισμάτων σπινθῆρας ταῖς «
ἐμαῖς χερσὶ ἀποδέξασθαι οὐ δύναμαι· «
μή πως ἐξ ἀμελείας μου ὑπο- «
σμυχεύσας τις ἐξ αὐτῶν, παμμε- «
γέθη πυρκαϊὰν ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀνά- «
ψῃ, ὥς τινες τούτου ἕνεκα ἔπαθον. «
ἀλλ' οὖν τῶν σπειρόντων ἐστὶν καὶ τὸ «
θερίσαι. τῆς δὲ γυναικὸς εἰπούσης· «
καὶ τί με κελεύεις πάτερ· ὁ συμ- «
παθέστατος ἐκεῖνος διὰ τό, ὡς
προείρηται, τελευταίως αὐτὴν τὰ
οἰκεῖα καταλιπεῖν, πρὸς τὴν ἐνεγ-
καμένην ὑποστρέφειν οὐκ ἐπένευ-
σεν· ἀλλ' ἅμα τῷ θεοσκεπάστῳ «
Μαρίνῳ εἰς τὰ συμπαρομαρτοῦντα
καὶ συμπαρακείμενα τῇ Γεννιάσι

χωρία ταύτην ἐκέλευσεν ὁ κείρας αὐτῆς χερσὶν διανεῖμαι τὸ χρυσίον. καὶ οὕτως αὐτὴν γυμνώσας τῆς συρφετῆς τοῦδε τοῦ βίου κόπρου, δέδωκεν αὐτῇ τὸ ἅγιον σχῆμα, μετονομάσας αὐτὴν Ἄνναν. καὶ γίνεται αὐτῆς ἐν κυρίῳ πατὴρ καὶ ἀνάδοχος. καὶ παρευθὺ ἀπολύει αὐτὴν πρὸς τὸ κάτω μοναστήριον, παραθέμενος αὐτὴν τῇ ἱερᾷ καὶ ὁσίᾳ τῆς μονῆς προεστώσῃ μητρί, πάμπολλα παρακελευσάμενος τὴν τιμίαν ἐκείνην ἄνθρωπον, προστατεύειν αὐτῆς τὰ πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς.

Πέφθακε δὲ ἤδη ὁ καιρὸς καὶ προτρέπεται εἰς τὸ ἐμφανὲς τὰς τούτου ἀθλητικὰς ἀπαγγεῖλαι παλαίστρας· ἀλλ' οὖν ἔγωγε καίτοι τῷ ἐμαυτοῦ συνειδότι βαλλόμενος, ἑαυτὸν ἐπιστομίζειν πειρῶμαι, ὡς οὐκ ἐπαρκέσων διεξηγεῖν τὸν ὄγκον τοῦ ἐγχειρήματος, ἅτε πτωχεύων λόγου καὶ πράξεως. πέφυκε γάρ πως κινδυνεύειν ἐν τοῖς λόγοις τῶν πραγμάτων ἡ δόξα. τῇ γὰρ τούτων ἀσθενείᾳ καὶ ῥώμῃ φιλοῦσι κρίνειν τὰ πράγματα οἱ μὴ τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ τῇ δεινότητι τῶν λόγων προσέχειν ἐθέλοντες, ὥσπερ οἱ τῶν ἔξω τοῖς μυθικοῖς. ὅμως * ὑφηνιάσας ἐμαυτὸν τοῖς προτρέπουσι δέδωκα, τῷ θείῳ τούτῳ ὁσιομάρτυρι τεθαῤῥηκώς, καὶ τῶν εἰς τοῦτο προτρεψάντων ταῖς εὐχαῖς δυνατῶς ἔχειν τὴν εὐπορίαν χαρίσασθαι. παρέστω δή μοι εἰς μέσον

* al. ἀφηνιάσας

vicinis & proximis locis diſpertiret: cúmque eam hoc pacto hujuſce vitæ ſtercoris fæce denudaſſet, ſanctum habitum ipſi dedit, illius nomine in Annæ nomen mutato, ejuſdem in Domino Pater & ſponſor ſeu ſuſceptor factus. Statim porro eam in inferius Monaſterium dimiſit, ipsâ ſacræ & ſanctæ Monaſterii Præfectæ commendatâ, honorandam illam mulierem plurimùm exhortatus, ut in ſalute animæ conſequenda ei patrona eſſet.

Jam verò tempus me invitat ad athleticos hujus viri labores in apertum proferendos. Veruntamen, licèt mea me impellat conſcientia: mihi tamen ſilentium imponere conor, quippe qui rei gravitatem perſequi non ſufficiam, utpote oratione & actione pauper. Solet enim in verbis periclitari rerum majeſtas. Siquidem pro illorum infirmitate vel vi de rebus judicare conſueverunt, qui non veritatem, ſed verborum elegantiam, ut fabulas profani volunt attendere. Nihilominus meipſum refrænavi, ceſſique his qui me ad iſtud Opus incitavere, ſperans divini hujuſce Martyris auxilio, eorumque precibus, qui me ad id impulere, fore ut curſum facilem obtineam. Liceat igitur mihi contra No-

vatorum Chriſtianos calumniantium & Iconocauſtarum hæreſim Davidicum illud carmen adducere : *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea,* (Pſal. 128. 1.) dicit alicubi Propheta ſeditiones adverſus Eccleſiam ſemper futuras prædicendo, cujus invictam vim in præliis idem prænuncians, rurſus addit : *Dicat nunc Iſrael : Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi.* Hæc verò carnali Iſrael convenire nequaquam poſſunt, quem quidem Ægyptii in ſervitutem redegere, alienigenæ multoties devicere, Babylonici in ſervitutem & captivitatem abduxere, Macedones crudeliter & acerbè perdidere, Romani poſtremò internecioni dedere, erroneſque, profugos & exules per orbem terrarum oſtendere, (Pſal. 68. 16. 24.) habitationem illorum deſertam facientes, dorſumque eorum ſemper incurvantes. Verùm recèns à Deo electus Iſrael, ille qui verè Deum videt, & aperta facie gloriam Domini contemplatur, novus, inquam, populus, grex ſanguine Chriſti emtus, cujus figura Jacob qui mutato nomine Iſrael appellatus eſt, qui ſeniorem tanquam reprobum repulit, (Geneſ. 25. 1. 8) & primogenita atque paternam benedictionem accepit :

ἐκεῖνο τὸ Δαυιτικὸν μέλος κατὰ τῶν νεωτεροποιούντων χριστιανοκατηγόρων καὶ εἰκονοκαυστῶν αἱρέσεως· πλεονάκις ἐπολέμησάν με «
ἐκ νεότητός μου, φησίν που σωματικῶς τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας * ἐσομένας ἐπαναστάσεις * προαγορεύων (* al. ἰσχυρίσας) (* al. ἰσχυρίων.) «
ὁ προφήτης· καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀήττητον προθεσπίζων, αὖθις ἐπάγει· εἰπάτω δὴ Ισραὴλ, πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός «
μου· καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. «
τοῦτο δὲ τῷ μὲν σαρκικῷ Ισραὴλ οὐκ ἂν ἁρμόσειεν πώποτε, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν κατεδουλώσαντο, ἀλλόφυλοι δὲ πολλάκις κατηγωνίσαντο, Βαβυλώνιοι δὲ ἐξανδραποδίσαντες, δορυάλωτον ἀπήγαγον, Μακεδόνες δὲ ὠμῶς καὶ πικρῶς κατηνάλωσαν, Ρωμαῖοι δὲ τὸ τελευταῖον, πανωλεθρίᾳ παρέδωκαν, καὶ πλανήτας καὶ μετανάστας καὶ μετοίκους τῆς οἰκουμένης ἀπέφηναν· τὴν μὲν ἔπαυλιν αὐτῶν πεποιηκότες ἔρημον, τὸν δὲ νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς κατὰ τῆς προφήτου συγκάμψαντες. ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ νεόλεκτος Ισραὴλ, ὁ ὄντως ὁρῶν Θεὸν, καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενος· ὁ νέος, φημὶ, λαὸς, τὸ χριστώνητον ποίμνιον, οὗ τύπος ὁ Ιακὼβ, ὃς μετωνομάσθη Ισραήλ. ὃς τὸν πρεσβύτερον ὡς ἀδόκιμον παρωσάμενος, καὶ τὰ πρωτοτόκια καὶ τὴν πατρῴαν εἴληφεν εὐλογίαν,

εἰκότως

» εἰκότως ἂν εἴποι· πλεονάκις ἐπο-
» λέμησάν με ἐκ νεότητός μου. καὶ
» γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. εὐθὺς
γὰρ αὐτῷ παρὰ τὴν πρώτην ἡλι-
κίαν μυρίαι πολεμίων ἐπανέστησαν
φάλαγγες, καὶ προσέβαλον μὲν,
οὐκ ἐνίκησαν δὲ, καὶ τῷ μὲν τὸ ἄ-
μαχον ἔδειξαν, τὴν δὲ οἰκείαν ἀσθέ-
νειαν ἤλεγξαν. καὶ πρῶτοι μὲν Ἰου-
δαῖοι τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπολέ-
μησαν ποίμνῃ, καὶ τοῖς οἰκείοις κα-
τελύθησαν ὅπλοις· τῷ γὰρ ὑπ᾽ αὐ-
τῶν παγέντι σταυρῷ, οἷόν τινι ῥοπά-
λῳ, χρησάμενος ὁ ποιμὴν ὁ κα-
λὸς, ποιμενικῶς αὐτοὺς ὡς λύκους
τῶν προβάτων ἀπήλασεν. μετὰ δὲ
τούτους, οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευ-
ταὶ, οἵτινες ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας
ὑπασπιστῶν κατῃσχύνθησαν· καὶ μετ᾽
αὐτοὺς Σίμων καὶ οἱ ὑπ᾽ αὐτὸν φοι-
τηταὶ Μένανδρος καὶ Κερδωνάς· εἶ-
τα Μαρκίων καὶ Βαλεντῖνος· αὖθις
δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν Κήρινθος καὶ Σα-
τορνῖνος, Βασιλίδης καὶ Καρποκρά-
της, Μάρκος καὶ Τατιανὸς, Μον-
τανὸς καὶ Βαρδισάνης, Ἀρτέμων καὶ
Ναύατος, Σαβέλλιος καὶ [a] Νέ-
πων, Παῦλος καὶ Μανιχαῖος, Φω-
τεινὸς καὶ Μάρκελλος, καὶ οἱ ἀπ᾽
ἐκείνων· Ἄρειος, Ἀέτιος, Εὐνό-
μιος· Μακεδόνιος, Μάξιμος,
Νεστόριος, ἡ πολυκέφαλος ὕδρα
Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος· Ζώσιμος,

ille, inquam, jure merito dixerit: *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi.* Pſal. 128. Siquidem ſtatim à prima ætate in eum innumerabiles hoſtium turmæ inſurrexere: at impugnavere, non expugnavere. Quin imò vires ejus invictas patefecerunt, propriamque infirmitatem prodiderunt. Primi quidem Judæi adverſus Salvatoris noſtri gregem bellum conflarunt, ſed propriis armis debellati ſunt. Nam cruce, quam illi quidem fixerunt, tanquam clavâ uſus bonus paſtor, eos quaſi lupos, paſtoris more, ab ovibus abegit. Hos ſecuti ſunt idolorum cultores, qui à veritatis defenſoribus confuſi ſunt, ac cum illis Simon, ejuſque diſcipuli Menander & Cerdonas, deinde Marcion & Valentinus, poſtea Cerinthus & Saturninus, Baſilides & Carpocrates, Marcus & Tatianus, Montanus & Bardiſanes, Artemon & Navatus, Sabellius & Nepon, Paulus & Manichæus, Photinus & Marcellus: quique ab illis profecti ſunt, Arius, Aëtius, Eunomius, Macedonius, Maximus, Neſtorius, hydra multiceps Eutyches & Dioſcorus, Zoſimus, Apoli-

[a] Νέπων. Non alium hîc quàm Nepotem Ægyptiacæ urbis Epiſcopum ab Autore indicari exiſtimo, qui à Theodor. Hæretic. Fabul. lib. 3. Νέπως dicitur, ab aliis, ut in Concil. III. Conſt. act. 11. Νέπος.

narius, Origenes, Petrus miſer, Theodoſius, Jacobus, Julianus, Zeno, Sergius, Pyrhus, Cyrus, Macarius, Honorius & impius Mahomet, & ſiquis alius mihi, utpote homini, latuit. Quippe me dies deficeret, ſi impietatis defenſorum & auctorum nomina enumerare aggrederer, quorum ipſam memoriam rectè tempus abolevit. Iſti ergo omnes, uno animo, ut ita loquar, adverſus Apoſtolicas prædicationes ſuſcepto bello, è Dei memoria & ab Eccleſia meritò rejecti ſunt. Ipſa autem Eccleſia, licèt armis ſemper laceſſita, amplioribus etiam victoriis ſtatum tenuit pacificum.

Eam ob rem improbitatis pater & nequitiæ inventor diabolus, qui bellum ubique gerere cum homine ad imaginem Dei creato nunquam ſuperſedit, cùm Domini gregem ſuis apertis hoſtibus facilè ſuperiorem eſſe cerneret, ut ad ea, quæ jam ſcripta ſunt, redeam, intrinſecùs belli flammam accendere ſtatuit. Hinc proprii operis dignum inſtrumentum nactus, virum, qui genus & animum ex Syria ſortitus, magicis præſtigiis plurima prodigia patrare exiſtimabatur, hominesque, qui res hujuſmodi admirari ſolent, decipere valebat. Hanc ergo feram leonis cognominem primùm,

Ἀπολινάριος, Ὠριγένης, Πέτρος ὁ δείλαιος, Θεοδόσιος, Ἰάκωβος, Ἰουλιανὸς, Ζήνων, Σέργιος, Πύρρος, Κῦρος, Μακάριος, Ὀνώριος, καὶ ὁ δυσσεβὴς Μάμεθ· καὶ εἴ τις μοι ἄλλος ἔλαθεν ἀνθρωπίνως. ἐπιλείψει γάρ με ἀπαριθμούμενον ἡ ἡμέρα τὰ τῆς ἀσεβείας ὑπασπιστῶν καὶ ἀρχηγῶν τὰ ὀνόματα, ὧν καὶ τὴν μνήμην αὐτὴν καλῶς ὁ χρόνος ἠφάνισεν. οὗτοι δὲ πάντες κατὰ ταυτὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς ἀποστολικοῖς κηρύγμασιν πολεμήσαντες τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰκότως ἀπεσκορακίσθησαν· καὶ ἦγεν ἐν εἰρηναίᾳ καταστάσει ἡ πάντοτε πολεμουμένη καὶ πλειοτέρως νικῶσα ἐκκλησία.

Ἐντεῦθεν οὖν λοιπὸν ὁ τῆς πονηρίας πατὴρ, καὶ τῆς κακίας εὑρετὴς διάβολος, ὁ μηδέποτε παυόμενος πολεμεῖν ἑκάστοτε τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντα ἄνθρωπον, θεωρήσας τὴν περιφανῶς πολεμίων ῥᾳδίως περιγενομένην τοῦ κυρίου τὴν ποίμνην, ἵνα πρὸς τοῖς γραφεῖσιν * ἀναποδίσοιμι, ἔνδοθεν ἐξάψαι διενοήθη τοῦ πολέμου τὴν φλόγα. καὶ εὑρὼν ὄργανον τῆς οἰκείας ἄξιον ἐργασίας, ἄνδρα γοητικαῖς ἐπαοιδαῖς πολλὰ τερατουργεῖν νομιζόμενον, καὶ φενακίζειν τῶν ἀνθρώπων τοὺς τὰ τοιαῦτα τεθηπότας δυνάμενον, ἐκ τῆς μὲν Συριάτιδος γαίης τό, τε γένος καὶ τὸ φρόνημα ἔχοντα. τοῦτον τὸν λεοντώνυμον θῆρα,

* al. [illegible]

ὡς προγέγραπται, πρῶτον ἐξάπτει κατὰ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων νοερᾶς προσκυνήσεως. τούτου δὲ καταδήλου αἱρετικοῦ δειχθέντος ὑπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας ὑπασπιστοῦ Γερμανοῦ, ὡς καὶ προλέλεκται, οὐδὲ οὕτως ὁ κοινὸς τῶν ἀνθρώπων πολέμιος ἀπεπαύσατο. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τὸ ζῆν ἀπορρήξαντος, καὶ τοῦ ἀτελευτήτου σκώληκος καὶ τοῦ αἰωνίου πυρὸς γεγονότος παρανάλωμα, ἀνέστησεν ἀντ' αὐτοῦ τὸ ἐκείνου μιαρὸν γέννημα, Κωνσταντῖνον φημὶ, ὡς ἄν τις εἴποι ἐκ τοῦ Ἀχὰζ τὸν Ἀχαὰβ, καὶ ἐξ Ἀρχελάου τὸν πονηρότερον Ἡρώδην, τὸ τῆς μοιχείας ἀνδράποδον, καὶ τοῦ προδρόμου φονέα. οὗτος οὖν τὸ τῆς πονηρᾶς ἐκείνης ῥίζης δένδρον, πονηροτέρους καρποὺς βλαστῆσαν, δηλητήρια δὲ παντοῖα ὀλέθρια τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ θησαυρίσας πορθεῖ, συστρέφει, καὶ πυρπολεῖ ἁπάσας εἰκόνων ἁγίων θέας. ἀνταναχρουσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας μυστῶν τοῦ μοναχικοῦ σχήματος κατ' αὐτῶν συγκροτεῖ τὸν πόλεμον. σκοτίας δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα καλέσας, ὁ τῇ ψυχῇ ἐσκοτισμένος, τοὺς ὑπ' αὐτὸ σχῆμα καταλεγομένους, ἀμνημονεύτους ὠνόμασεν, καὶ εἰδωλολάτρας ἐκάλεσεν, διὰ τὴν πρὸς τὰς σεπτὰς εἰκόνας προσκύνησιν· ἅπαντα δὲ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαὸν ἐκκλησιάσας, ὁμόσαι πεποίηκεν, προτιθεμένων τοῦ τε ζωοποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, τὸν

ut priùs ſcripſimus, adverſus ſanctarum imaginum adorationem inflammavit. Quamvis verò manifeſtus hæreticus à Germano veritatis propugnatore, ut antea dictum eſt, declaratus fuiſſet: neque ſic tamen communis hominum hoſtis à cœptis deſtitit. Verùm, illo è medio ſublato, perenniſque vermis & æterni ignis facto pabulo, ejus loco impurum illud ipſius germen (Conſtantinum dico) excitavit, quaſi quis dixerit ex Achaz Achab, & ex Archelao deteriorem Herodem, adulterii mancipium, & Præcurſoris homicidam. Iſte igitur malæ illius radicis arbor, pejores fructus germinans, exitialibus omnis generis venenis in anima congeſtis, omnes ſanctas imagines diruit, evertit, incendit. Cui cùm Monachi religionis cultores ſeſe opponerent, illis bellum denunciavit. Hinc eorum habitum, tenebrarum habitum appellabat is ipſe, qui animam tenebris involutam gerebat: qui verò ſub illo habitu recenſebantur, nefandos, i. memoratu indignos nominabat, quos etiam idololatras ob ſanctarum imaginum adorationem vocitabat. Ille igitur cùm univerſam ſibi ſubjectam plebem congregaſſet, propoſitis vivifico corpore & ſanguine Chriſti, intemeratiſ-

que lignis, in quibus Chriſtus Deus pro nobis manus extendit, atque etiam inviolatis Evangeliis, per quæ ne omnino quidem jurare nobis præcepit Chriſtus; omnes, inquam, ille jurare & quantum valebant viribus hæc ſe facturos dicere imperavit: nempe, ſanctam imaginem ſe non adoraturos, ſed eam idolum vocaturos; communionem ab Abbate ſeu Monacho non recepturos, neque vel ſolam ſalutem ei daturos: ſed contrà ſi inprimis nefandum aliquem & tenebrarum veſte indutum obvium habuerint, ſe illum cum convitiis lapidibus obruturos. O ineptias hæreticas! Sui autem ſimillimum voce, & moribus, nomine & ſententiâ inſtrumentum è ſacerdotali catalogo nactus, ut, ſi cui Scripturæ verbis uti placet, Balac Balaam & Jannes Jambrem, illum non Dei & Sacerdotum ſuffragio, ſed proprio dolo in Eccleſiam adduxit; ubi cùm ambo in ambonem aſcendiſſent, Conſtantini Imperatoris manibus Profanus Conſtantinus impura, ut ita loquar, diploïde & omophorio induitur: (ille, inquam, indignus τοῦ πι, ſed potiùs dignus τοῦ φι. Namque Phatriarcha potiùs quàm Patriarcha Eccleſiæ viſus eſt.) cum inte-

τε ἀχράντων ξύλων, ἐν οἷς Χριστὸς ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν χεῖρας ἐξέτεινεν, καὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων Εὐαγγελίων, δι' ὧν Χριστὸς παραγγέλλεται ἡμᾶς μὴ ὀμόσαι ὅλως, ταῦτα δεδρακέναι καὶ κατὰ τὸ δυνάμεως αὐτῶν εἰπεῖν, μὴ προσκυνῆσαι εἰκόνα ἁγίαν, ἀλλὰ ταύτην εἴδωλον καλεῖν, μήτε κοινωνῆσαι ἐξ [a] ἀββᾶ, ἢ τὸ σμικρὸν χαῖρε δοῦναι αὐτῷ· ἀλλ' εἰ καὶ εὕροιεν πρό γε πάντων ἀμνημόνευτον καὶ σκοτένδυτον, τοῦτον ὀνειδίσας λιθοβολήσειν. ὢ τῆς αἱρεξίας· ὁμοιότροπον δὲ καὶ ὁμόηχον εὑρὼν ὄργανον, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ὁμώνυμον καὶ ὁμόφρονα τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, ὡς εἴ τις γραφικῶς εἴποι, ὁ Βαλὰκ τὸν Βαλαάμ, καὶ Ἰαννῆς τὸν Ἰαμβρῆμ, τοῦτον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀπάρας, οὐχὶ Θεοῦ καὶ ἱερέων ψήφῳ, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ πανουργίᾳ, τῶν ἀμφοτέρων ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνελθόντων, ὑπὸ τῶν τοῦ βασιλέως χειρῶν Κωνσταντίνου Κωνσταντῖνος τὴν μιαρὰν ὁ ἀνίερος ἐνδιδύσκεται διπλοΐδα, ἵν' εἴπω καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὁ ἀνάξιος τοῦ πι * καὶ μᾶλλον ἐπάξιος τοῦ φι. Φατριάρχης γὰρ * ἤπερ πατριάρχης τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξεφάνη. αὐτοῦ τοῦ τυ-

* al. καὶ μᾶλλον τοῦ φι.
* al. ὑπὲρ
al. ἤπερ

[a] ἀββᾶ. Hæc vox hîc & infrà Monachum ſimpliciter ſignificat, non Abbatem. Nempe Abbas idem eſt ut Pater, quo nomine vulgò vocantur Monachi.

Digitized by Google

ἐάννου προεκφωνήσαντος, τὸ ἄξιος. ὢ τῆς ἀναξιότητος· ὁ ἀσπιδοφόρος ἱεροθύτης, καὶ ὁ πολέμοις καὶ φόνοις ἐσχολακὼς, ἱερουργός· καὶ ὁ τρισὶ γυναιξὶν παρανόμως εἰσδεχθεὶς, τῶν ἱερέων χειροτονητὴς καθίσατο. τίς ἤκουσεν τοιοῦτόν ποτε ἐξ αἰῶνος, ἢ ἴδεν, ἢ ἀπήγγελεν οὕτως οὐδείς. ἀλλ' οὐδὲ ἐν ταῖς τῶν ἑλλήνων ἱερουργίαις καὶ * κνίσσαις τοιοῦτόν τι ἔφανεν. ἔνθεν γέγονεν προφητικῶς εἰπεῖν· ὁ λαὸς ὡς ἱερεὺς, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ἱερῶν καὶ ἱερούμενος.

* al. [illegible]

Ἐκ τούτης οὖν συμπλεχθείσης τῆς μιαρᾶς ξυνωρίδος ὡς παρανόμου σειρᾶς, προγράμματα κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἐξεπέμπετο πρὸς τοὺς κατὰ χώραν ἀρχισατράπας σὺν ἐπισκόποις τὴν βασιλεύουσαν καταλαβεῖν, πρὸς τὸ σύνοδον γενέσθαι κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων. καὶ ἦν ἰδεῖν κατὰ πᾶσαν χώραν καὶ πόλιν θρῆνος ἐπὶ θρήνον καὶ οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ παρὰ τῶν εὐσεβούντων· παρὰ δὲ τῶν ἀσεβούντων, ἱερὰ πατούμενα, καὶ σκεύη μεταποιούμενα, ἐκκλησίας τε ἀνορυσσομένας, καὶ τῇ σποδιᾷ κεχρισμένας, ὡς ἱερὰς εἰκόνας ἐχούσας. καὶ ὅπου μὲν ἦν Χριστοῦ ἢ τῆς Θεοτόκου σεπταὶ εἰκόνες καὶ τῶν ἁγίων, ἢ πυρκαϊᾷ, ἢ ἀνορύξει, ἢ ἀναχρίσει παρεδίδοντο. εἰ δὲ ἦν δέν-

rim dignum eſſe proclamante Tyranno. O indignitatem! Armatus Præſulis perſonam gerit: qui bellis & cædibus totus vacaverat, Sacerdotis vicem obit: qui à tribus mulieribus flagitioſè admiſſus fuerat, Sacerdotum creator ſeu ordinator conſtituitur! Quis unquam tale quicquam audivit, vel vidit, vel nunciavit? Nemo certè. Imò neque etiam aliquid hujuſmodi in Gentilium ſacrificiis & nidoribus viſum eſt. Hinc appoſitè illud Prophetæ uſurpare licet, *Populus ſicut Sacerdos*, & nemo erat qui ſacraret, vel qui ſacraretur. Oseæ 4. 9.

Ab hoc igitur impuro pari tanquam nefaria catena connexo edicta per omnes Provincias miſſa ſunt, ut locorum Præfecti cum Epiſcopis ſe in Imperatoriam urbem conferrent ad celebrandam Synodum contra ſanctas & venerandas imagines. Tunc per omnem locum & civitatem apud pios videre erat luctum ſuper luctum & væ ſuper væ: apud impios verò, conculcata ſacra, vaſa immutata, everſas Eccleſias & calce oblitas, eò quòd ſacris imaginibus ornarentur. Itaque ubi Chriſti aut Deiparæ & Sanctorum venerandæ imagines erant, vel rogo, & everſioni tradebantur, vel albario opere obliniebantur: ubi verò erant arbores vel aves,

Digitized by Google

vel brutæ animantes, vel præſertim ſatanicæ equitationes, venationes, theatra & curricula depicta: hæc honorificè ſervabantur & illuſtrabantur. Proculdubio tunc
Mich. 7. 2. verè dicere licebat: *Væ mihi, quia periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt.* In
Pſal. 73. 6. 7. ſecuri enim & aſcia portas Eccleſiæ Dei dejecerunt, & incenderunt igni ſanctuarium ejus. Porta porro imago dicitur, quæ mentem noſtram ſecundùm imaginem Dei creatam ad interiorem prototypi ſimilitudinem aperit. Ut enim quædam januæ claves & ſigilla præferentes per ſigillorum ſecuritatem exterioribus interiora ſignificant: ſic imago lineamenta quaſi ſigilla, & ſpeciem externam quaſi claves exhibens, rebus ex materia compoſitis illas indicant, quæ ſola mente intelliguntur. Nec enim materiam colimus, cùm eam adoramus. Abſit. Verùm per res quæ ſenſus movent, ipſas cauſas mente attingimus: quo etiam modo nos gerimus circa crucem, Sacroſanctum, Sanctorumque reliquias, & quicquid in Eccleſia adoratur. Qua quidem in re regiam illam vocem viri ad cælum uſque reſplendentis Baſilii implemus, nempe imaginis honorem ad prototypum tranſire. Sed ad propoſitum redeamus.

